
Am. Lsf. Am. Soc. Jesu

INSTRVCTIONES
ET ORDINATIONES
TOTI SOCIETATI
COMMVNES,
AD PROVINCIALES,
& Superiores eiusdem.

IN SEXTA CONGREGATIONE GENERALI partim ab eadem approbatæ, partim ad Præpositum Generalem delatæ, & cum Patribus Assistentibus recognitæ.







NEAPOLI, Ex Typographia Tarquinij Longi. M.DCIX.

PROVINCIALIBVS AC SVPERIORIBVS SOCIETATIS.



MITTIMVS ad vos, Patres, Instructiones, ordinationesquè in postrema Generali Congregatione examinatas, atquè discussas, nè diutius loborum vestrorum fructus desideraretis; Compendio quidem illas conati perstringere, ne numero fastidiretis fusiores, numerosioresquè, haud dubie habituri si quæ singulæ deputationes spatio multorum dierum in vnum congesserũt plena manu ad vos integra attulissemus. In antiquiorum proinde ordinem numerumquè recẽsuimus, ne pro luce, quam à legibus afferri oporteret,

ex hac varietate, ac multitudine confusionem offunderemus. Cæterum, & si quæ formulas complectuntur non post multũ daturi sumus, ea damus in præsens, quæ è re spiritus futura videbantur quantocius mittenda, hoc est ad eiusdem feruorem renouandum, promouendumquè accomodata. Quamquam enim interdum Societas nostra generalibus Conuentibus, & identidem Reuerendus P. N. suum hac in re desiderium, studiumquè abundè partim hortando, partim varia ad eum adiumenta suggerendo testati sint, vt iure ea satis videri possint, vereri tamen nõ possumus, ne nimij vnquã in eo argumento futuri sint. Hic siquidem fons est, & Caput ex quo cætera omnia pendent, ita vt vigente spiritu, vigere, ac florere omnia in Religione necesse sit, & illo Contra languente, non solum

priua-

priuata perfectionis studia, pariter languere; sed & ipsa etiam in proximum ministeria penitus iacere constat, aut certe nullo sensu, zeloquè prædita vtilitatis suæ fructu, finequè destitui. Vt ergo is finis constet, & is in studio perfectionis feruor eluceat, quem intendit Societas, cum vniuersa nostra res pendeat ab vna exequtione, quæ velut anima Religiosæ vitæ vim, roburquè addit actionibus vniuersis, faciendū erit omnibus, vt pro eo affectu, quo communem profectum Societatis desiderant, toti in eam curam incumbant præsertim Superiores, vt quæ Sapienti Patrum Consilio statuta sunt, non leuiter, aut perfunctoriè, sed quā accuratissimè præstanda curent, ea prorsus animi contentione, quam & rei grauitas exigit, & summæ, præsentissimæquè, quam speramus vtilitatis expectatio. Sic enim

Deo freti fore confidimus, vt cum tot præsidijs vsi fuerimus, ea salutaria, & efficacia fuisse sentiamus, ac primogenium illum spiritum qui in Patribus nostris eluxit, reuiuiscentem in nobis, regnantemquè illo auctore videamus, qui noua facit omnia, & qui spiritum bonum dat petentibus se: quem ipsum oro vt Reuerentijs VV. ac Societati vniuersæ abundantem illum tribuat, nouumquè annum, nouis vberrimæ gratiæ suæ donis affluenter largiatur. Neapoli quarto nonas Ianuarij. 1609.

Mandato R. P. N.

Bernardus de Angelis Secret.

IN-

INDEX PRIMVS

Instructionum, & Capitum.

PRIMA INSTRVCTIO. De spiritus renouatione procuranda: deque disciplina Religiosa augenda.
Cap. I. Ad Orationis, & Deuotionis studium excitandum. Pag. 1.
Cap. II. De ratione conscientiæ reddenda. pag. 4.
Cap III. De silentij Regula exactè seruanda. pag. 8.
Cap. IV. De vitijs linguæ, & frequentia litterarũ. qag. 9.
Cap. V. De Votis, Paupertate, Castitate, & Obedientia. pag. 10.
Cap. VI De vsu pœnitentiarũ secretarũ excitãdo. pag. 11.
Cap. VII. De cautela adhibenda, ne Principum, ac Magnatum aulæ nostris obsint. pag. 11.
Cap. VIII. De humana, & politica ratione agendi, præsertim in Iunioribus. pag. 12.
Cap. IX. De recreatione quotidiana religiosè transigenda. pag. 13.
Quibus de rebus nostri Recreationis tempore colloqui possint. pap. 16.
SECVNDA INSTRVCTIO. Pro Concionatoribus, & Missionibus.
Cap. I. De Concionatoribus. pag. 19.
Cap. II. De Missionibus. pag. 21.
TERTIA INSTRVCTIO. Pro Confessarijs, & omnibus Sacerdotibus.
Cap. I. De non accipiendis eleemósynis. pag. 23.
Cap. II. Quæ circa visitandas mulieres varijs ordinationibus

 nibus

nibus præscripta sunt. pag.24.
Ex Regulis Sacerdotum. pag.26.
Ex cap. 12. Ordinationum generalium. pag.27.
Ex Instructione tertia pro Confessarijs. pag.28.
Ex litteris N. P. datis 25. Dec, 1605. pag.31.
Ex litteris 13. Nou. 1607. De obligatione Sociorum ad Superiorem referendi. pag.35.
QVARTA INSTVCTIO. Pro Nouitijs. pag.37.
QVINTA INSTRVCTIO. Pro Scholasticis. pag.38.
SEXTA INSTRVCTIO. Pro iunioribus Scholasticis. p.43.
SEPTIMA INSTRVCTIO. Pro ijs, qui in prædijs, aut villis morantur, cum à studijs feriatur. pag.48.
OCTAVA INSTRVCTIO. Pro Superioribus, & ad regimen spectantibus.
Cap. I. De Superioribus formandis. pag.50.
Cap. II. De formãdis præfectis rerũ spiritualiũ. pag.53.
NONA INSTRVCTIO. De manifestatione delicti Superioribus facienda.
Cap. I. Circa Regulã nonã, & decimã Summarij. pag.54.
Cap. II. Qua ratione in denunciatione paterne se gerere debeat Superior. pag.58.
DECIMA INSTRVCTIO Pro executione vrgẽda. p.62.
VNDECIMA INSTRVCTIO. De promouendis ad gradus Societatis. pag.69.
DVODECIMA INSTRV. Ad studia promouẽda. p.71.
TERTIADECIMA INSTRVCTIO. Pro visitatione Prouincialis. pag.76.
ELENCVS eorum, quæ Prouincialibus præstanda sunt, ex Regulis, Decretis, Ordinationibus collectus. pag.84.
ELENCVS eorum, quæ Præpositis, ac Rectoribus præstanda sunt. pag.92.
MONITA Generalia, quæ ad Religiosam nostrorum directionẽ spectãt, & ab omnibus obseruanda sunt. p.97.
REGVLAE Coadiutorum Temporalium, pag 106.
CANONES sextæ Congregationis Generalis, auctoritate eiusdem confecti. pag.111.

FINIS.

INDEX

INDEX ALTER

Rerum, quæ toto libro continentur.

Actus.

Actus Theologici. pag.75.§.6.

Annales.

Nemini ostendantur. pag.101.§.11.

Aula.

Ab Aulis Principum abstinendum. pag.11.

C

Castitas pag. 10.

Casus conscientiæ.p. 75,§.7. *Coadiutores.*

Coadiutorum qualis finis. pag, 106.§.1.

Quæ eorundem cura. pag, 106. §. 2.

Eorum recreatio & locus. 107.§. 3.

Otium illis fugiendum. ibidem.

Quæ seruent cum socij fuerint. 107.§.5.

Quando teneantur referre ad Superiores.pag 29.§.4.& 31 §. 7.& 107.§.5.

Obseruantia eorundem præsertim erga Sacerdotes p 108.§.6.

Eorundem paupertas. ibid. Doctrina christiana 109.§.8.

Quomodo cum proximis agent. ibidem.

Quinam libri illis concedendi. ibidem.

Eorum ministeria. pag. 110. §.11.

Collegia.

Collegia.pag.114.§.6: *Colloquia.*

Inutilia non permittantur. pag. 3.

Concionatores.

Tempus illis concedendum pag. 19 §. 1,

Necessaria ad iter suppeditanda. pag. 20. §.2.

Confessarius.

Instructio pro Confessarijs Principum ijsdẽ ostendenda. p.12.

Con-

Confessarij interdum ad missiones mittendi.pag. 30. §. 6. & pag. 34. §. 13.
Instructio eorum tertio quoque mense legenda.pag 31.§.1.
Inculcanda illis obseruatio Regulæ.18.Sacerdotum. p.31.§.2.
De ei⁹ obseruatione Prouincialis inquirat in visitatio. 31.§.3.
Pœnitẽtiæ pro eiusdẽ in obseruãtia illis iniungendæ.p.31.§.4.
Superiores etiam singulis mensibus inquirant, & ipsi quoque, si inobseruantes fuerint, corrigendi.pag.32.§.5.& 6.
Quando Confessarijs Ecclesia adeunda.pag.33.§.10.
Quem modum in iuuandis mulierculis teneant.p.33.§.11.

Confessionalia.

Congruè disponenda.pag.33.§.9.

Congregatio generalis.

Quomodo Congragationi generali proponendum.p.111.§.4.

Congregationes.

Et Oratoria. pag.79 §.6.

Conscientia.

Quæ seruanda circa rationem conscientiæ reddendam.p.5.
Praxis exigendæ rationis conscientiæ.ibid.
Superiores in ea accipienda Patres se exhibeant.p.5.
Discrimen inter rationem reddendæ conscientiæ, & confessionem generalem.p.6.
Ratio reddendæ rõnis conscientiæ in cõfessione & extra.p.7
Vsus aperiendæ conscientiæ in exhortationibus commendandus. pag. 8.

Consilium.

Petendum, & quomodo. pag.59.§.3.

Constitutiones.

Ad constitutiones immutandas quæ suffragia necessaria. pag. 112.§.2.

Consultores.

De quibus ad Prouincialem scribent.p.64 §.4.& 5.
In consultatione agatur de executione.pag 64 §.5.

Defectus.

Qui nam & quomodo Superiori aperiendus p.117.§.1.& seq.
Qui publicè corrigi possit.pag.60.§.6.

Deferens.

Nulli reuelandus.pag.58.§.1.
Ab eo non est exigenda subscriptio.pag.60.§.4.
Delatoribus cautè credendum. pag. 66.§.9.

Delatus.

Quando

Quando reuelandus. pag. 58. §. 2.
Quando monendus, & corrigendus. pag. 59. §. 3.
Quæ circa illum Seperior præstare poterit. pag 60 §. 5.

Denunciatio

Paterna quando vtendum. pag. 57 § 7.
Iudicialis quando facienda. pag. 58. §. 8. & p. 118. §. 5.

Detractores.

Corrigantur. pag 9.

Deuotio.

Ad eam promouentia. pag. 2.

Dimissio.

Quando à Superiore facienda. pag 60. §. 7.

Disciplina.

Superiorum cõspiratio in disciplina. promouenda. p. 68. §. 12.
Disciplina religiosa etiam Superioribus seruanda. p. 67. §. 10.

Eleemosyna

Post exercita ministeria, quomodo accipienda. p. 21. §. 4.
Interdicitur ad proprium vsum. p. 23 §. 1. & p. 100. §. 9.
Superioribus facultas adimitur concedendi. pag. 24. §. 1.
Quomodo dispensanda. pag. 24 §. 2.
Modus in eleemosynis quærendis. pag. 100. §. 8.

Examen

Conscientiæ quando diebus festis faciendum. p 97. §. 1.
Professorum. Vide: Professi.
Logicorum semel fiat pag. 74. §. 5.
Logicorum examine qui nam à studijs excludendi. ibid.

Executio.

Ad eam omnes hortandi. pag. 66. §. 9.
Pœnitentijs promouenda, 66, §. 10,
Quæ executioni mandanda præsente Prouinciali, p. 67, §, 11.

Exercitia spiritualia.

Eorum annus vsus, pag. 4, & 104, §, 20, & p. 116, §, 9,
Iuniorum triduana recollectio ante renouationem votorum. pag. 116, §, 8,

Horæ Canonicæ.

De horis recitandis, pag. 4,

Intercessiones.

Vitandæ, pag. 101. §. 12.

Iuniores.

Eorum qualis debeat esse separatio, pag 43. §, 1.
Quam diu à cæteris seorsim viuant, p. 44, §, 2,
Per quos regendi, pag. 44. §, 3,
Iuniorum Præfecti officium, pag. 45, §, 4,
Iuniorum Ministri munus, pag. 45. §. 5.
Iuniorum Minister catalogus officiorum conficiat, necessaria comparet: ad Superiores & Magistros dirigat: recreationibus Iuniorum intersit; quos defectus Rectori & Ministro aperiat: quas facultates dare poterit, p 46, §, 6. 7, 8, 9,
Iuniores in recreatione terni, & cū foras prodibunt, p. 46 §, 8,
Eorum segregatio vbique seruanda, pag. 113,
Iuniorum triduana recollectio ante renouationem votorum, pag. 116, §, 8,

Libri.

Libris proprijs quomodo vtendum, pag. 102, §, 15,

Literæ.

Earum inordinata scriptio, pag. 10,
Quomodo scribendæ, 98. §, 4,
Mediatorum Superiorū ad subditos non ostēdendæ, p. 99 §. 5.
Literæ negotia continentes, pag. 99, §, 6.
Literæ soli quæ contineant, pag. 99, §, 7,

Magistri.

Magistris mutuò in sua Cubicula ingrediendi facultas generatim interdicitur, pag 40, §, 3,
Ne cum externis colloquia protrahant, pag. 41, §, 6,

Mensa.

Ad eam quæ quotannis legenda, pag. 80, §, 8,

Ministeria.

Vide: eleemosyna,

Ministri.

Quales & quomodo instituendi, pag 51, §, 4.
Eorum potestas, pag. 52 § 5,

Missiones.

A Prouinciali instituendæ, pag. 30, §, 6.
Qui in eis versantur, ad mensam externi inuitati minimè adeant, pag. 21. §, 2,
In missionibus visitatio feminarum interdicitur, p. 21, §, 1,
Pecunia in missionib⁹ accepta quomodo dispēsanda, p. 21 §, 3

Mulieres.

Ordinationes de visitationibus Mulierum à Congregatione Gene-

Generali confirmatæ, pag. 25,
Mulieres ad Crates audiendæ, pag 28 § 1.
Quando cum illis loquendum, ibidem,
De mulieribus frequẽtius cõfitentibus, p. 28, §, 1, & p. 32, §, 8,
Corrigẽdi q Reg de visitãdis mulierib⁹ neglexerint. p. 28, §, 3
Quid quando locus est augustus, p 29. §. 4.
Socij tenentur referre ad superiores ibidem,
Modus tenendus in visitatione Mulierum, p. 29, §, 5.

Negotia.

Externorum nemo, Romam petens, suscipiat, p 92, §, 2.
Secularia prohibentur, p. 104, § 19.
Status sub censuris interdicuntur, pag. 103, § 18,

Nouitij.

Regulis instruantur, pag. 37, § 2,
Exercitia illis integra semel obeunda, pag. 37, §, 2,
Quæ Nouitijs declaranda, p. 38, §, 3, & p. 62, § 9, & p. 118, §, 11,

Obedientia.

Pagina, 10,

Oratio,

Ad orationem, & deuotionem promouentia, pag. 2,

Ordinationes,

De mulieribus visitãdis à Cõgregatione sexta cõfirmatæ, p 25
Ordinationum memoriale quibus communicandum 63 § 3.
Ordinationes ne multiplicentur, sed Superiores audiendi. ibi.

Paupertas,

Paupertas, pag. 10.
Quantitas contra votum paupertatis, pag. 100, §, 10,
Curiosa & pretiosa interdicuntur, pag. 102 § 14,
Vsus accipiendi dandiq; moderandus, pag 11,
Libris proprijs quomodo vtendum, pag. 102, §, 15,

Perturbantes,

Contra perturbantes, pag 111 §, 1,

Pænitentiæ,

Earum vsus excitandus, pag. 11,
Literæ de hac re. R. P. N. Claudij legendæ, pag. 11.
In recreatione delinquentibus imponendæ, pag. 15 §. 6,
Quando Socijs iniungendæ, pag. 35, §. 2,

Pænitentes,

Libertas illis facienda alteri confitendi, pag 34, §, 14,

Tot-

Politica,
Politica ratio agendi præsertim in iunioribus fugienda,p.11,
Politicis artificijs occurrendum,pag.12,
Præfecti spiritus,
Non sine consultatione præficiantur: & seruetur instructio, pag 53,§,1,2,
Principes,
Ab Aulis Principum abstinendum,pag.11,
Eorum familiaritates præuenienda,pag.12,
Instructio pro eorum Confessarijs. pag. 12. Confirmata à Congregatione generali,pag. 115,§,7,
Professi,
Eorum doctrinæ pariculum ne perfunctoriè fiat,p.69,§,1,
Examinatorũ iudicia de eorum doctrina scribenda,p.69,§,2
Quomodo huiusmodi iudicium ferendum,ibidem,
Conclusionum materia & tempus,p.70,§,3,
Prouincialis,
In visitatione inquirat de obseruatione Reg.18,Sacerdotum,
Eius Socius scribat quotannis ad Generalem,p.50,§,2,
Quando designet Viceprouincialem,p.52,§,6,
Quid Prouinciali præstandum singulis mensibus,p.65.§.6,
Superiores tueatur,pag 65,§,7,
Eo præsente quæ executioni mandanda,pag.67,§,1,
In ei⁹ visitatione,quæ Instructiones & quib⁹ legẽdæ,p.77,§,1.
Quæ in visitatione Vniuersitatum & Studiorum,p.77,§,2, 3
Videat quæ ordinationes non seruentur,pag 78 §,3,
De quibus in visitatione consultet,pag.79,§,7,
Quæ in visitatione Socio; comittenda,pag.80,§,9,
De quibus ad Generalem scribet,pag.81.§,10.
Quas informationes mittet,ibid.
Quas literas peracta visitatione scribet,pag.82,§,11,
Recreatio,
Silendum statim post recreationem,pag 8,
Recreationis abusus & incomoda,p.13.§.1.
Religiosè peragenda,pag.14,2,pag.105,§,22,& pag.48,
A quibus in recreatione abstinendum,pag.14,§,3,
Recreationis materia,pag.14,§,4,
In recreatione delinquẽtibus pœnitẽtiæ impoñẽdæ,p.15,§,6,

Cata-

Catalogus rerum de quibus in ea colloquendum.pag.16,
Recretionis hebdomadariæ diſtributio in Vinea,p.40,§,4,
Recreationis dies in Collegijs quemadmodum peragendus, pag.40.§.5.
Recreationum finis à ſtudijs,pag.48,
Quomodo religiosè peragendæ,pag.48,
Qualis & quam diu duratura,pag.49,§.4,

Regulæ,

Regulæ,18,Sacerdotum commendatur executio,p,27,§,1,
Regulæ.9,&.10. ſummarij explicatio,p.54,& 55,& 117 §,10.
Regulæ ſūmarij 24,de rebus proprijs interpretatio.p.103,§,17

Reliquiaria,

Quanti valoris concedenda,pag.10.

S. Sacramentum,

Quando inuiſcendam,pag.15,§.5.

Sacrum,

De ſacro faciendo,pag.4.

Scholaſtici,

Raro ad ianuam accedat, pag.39,§,1,
Colloquia cum externis illis interdicuntur. ibidem,
Magiſtros adeundi hora illis aſſignanda, pag.39,§,2,

Silentium,

Silentij regulæ interpretatio, pag 104,§,21,
Silendum ſtatim poſt recreationem,pag.8,
In populi frequentia,pag.9,
In Refectorio & Culina dum primæ & ſecundæ menſæ inſeruiunt,p.9.

Socius,

De eo ſecum habendo,pag.26,§,2,& p.27,§,1.
Socij quando teneãtur referre Superiori,p.35,§,1,& p.98.§,3
Socijs quando pœnitentiæ iniungendæ,pag.35.§.2,

Status,

Negotia ſtatus ſub cenſuris interdicuntur.p.103,§,18,

Studium,

Ad humaniora ſtudia promouenda exhortatio,pag.71,
Ex Superiores plurimi faciant,pag.72,§,1,
Cauſæ & remedia quærenda, pag.72,§,2.
Quinam ad hæc ſtudia applicandi.pag.73,§,3,
Latine loquendum, pag 74,§,4.

Subditi,

Eorum querelæ examinandæ,pag.65,§,8.

Substantialia Instituti,

De contra ea proponentibus, pag. 112, §, 3.

Superiores,

Se Patres exhibeant, pag. 5,

Eorum diligentia circa Regulas Confessariorum & Sacerdotum, pag. 33, § 12.

Cōferentiæ pro Superioribus singulis annis habēdæ, p. 50. §, 1.

Ante gubernationem instruendi, pag. 51, §, 3,

Eorum Confessarij potestas, pag. 52, §, 7.

Superiori vt Patri quodcumque delictum manifestandum, pag. 55, §, 1, & seq.

Superior quæ circa delatum præstare poterit, p. 60, §, 5,

Quomodo ad dimissionem deueniat, pag. 60, §, 7,

Catalogus eorum quæ à Superiore præstanda, pag. 62, §, 1,

Quid singulis hebdomadis vel alternis faciant : quid singulis mensibus, pag. 63, §, 2, &, 3,

Qui Superiores corrigendi vel amonendi, p. 67, §, 11.

Eorum conspiratio in disciplina promouenda, p. 68. §, 12,

Quæ de Superioribus quærenda in visitatione, p. 79. §, 5,

Talenta,

Mediocria. p. 75. § . 5.

Viaticum,

Superflua pecunia in Viaticis non permittenda. p. 102. §. 13.

Villæ.

Externorum ne adeantur. pag. 49. §. 3.

Visitationes,

Quæ nam interdicantur. pag. 3.

Mulierum. Vide: Mulieres.

Visitationum genera Regula 18. Sacerdotum compræhenduntur. pag. 36 §. 3.

Visitatio Prouinciæ. Vide Prouincialis.

Votum

Quantitas contra votum paupertatis. pag. 100. §. 10,

Promissio ingrediendi facta à Scholasticis est votum. pag. 103. §. 16.

FINIS.

INSTRVCTIONES, ET ORDINATIONES Ad Prouinciales, & Superiores Societatis.

In Sexta Congregatione generali partim ab eadem approbatæ, partim ad Præpositum Generalem delatæ, & cum Patribus Assistentibus recognitæ.

PRIMA INSTRVCTIO De Spiritus renouatione procurãda, deq; disciplina religiosa augenda.

CAPVT PRIMVM.

Ad Orationis, et Deuotionis studium excitandum.



VM inter illa media, quę cum Deo instrumentum coniungunt, atque disponunt, vt à diuina manu rectè gubernetur, illud vnum ad conseruationem, & incrementum spiritus efficacius sit, familiaritas videli- *Ex Deputatione pro renouatione spiritus.*

P.10.§.2. cet cum Dēo in ſpiritualibus deuotionis exercitijs; valdè commendatam omnibus eſſe cupimus, & feriò Superioribus iniungimus earum Ordinationum, ac Regularum executionem, quæ Orationis augmentum magnopere iuuare, ac promouere conſueuerunt. In primis proderunt ſolemnia illa, ac ſtata Religionis noſtræ; ſi frequens viſitatio fiat dum oratur, & ab ipſis interdum Superioribus, ex Regula Præpoſiti 50. & Rectoris 47.; ſi pœnitentiæ peccantibus imponantur; ſi in cubiculis ſpiritu feruentiores cum tepidioribus vnà cohabitent: ſi crebro Noſtros alloquatur de hac re Præfectus ſpiritus, interrogetq; modum, quem in orando teneāt, doceat, inſtruat, ac dirigat pro rei exigentia: ſi Confeſſarius illis ipſis, quos in re tanti momenti, & ad ſpiritus conſeruationem pernecеſſaria deficere intellexerit, ſcrupulum inijciat: ſi in priuatis exhortationibus, & conferentijs agatur frequentius de fructuosè oratione habenda, & de cura rerum ſpiritualium augenda: ſi in ratione reddenda conſcientiæ Superiores diligenter exquirant, quātum in hac re quiſq; profecerit, inſtruendo, formam docendo, excitandoq; (ſi neceſſe fuerit) efficacioribus medijs ad tam ſanctum, & perutile religioſæ vitæ opus pera-

Orationem, ac deuotionem promouētia.

peragendum. Deniq; conandum, quoad eius fieri poterit, vt qui ex Nouitiatu ad Collegia se conferunt, haud facile eandem precandi rationem immutent, nec sine Præfecti spiritus, aut Superioris consilio in huiusmodi rebus progrediantur.

2. Si interdicantur id genus visitationes, quæ nec ad eum finem, quem intendit Societas iuxta suum Institutum, nec ad spiritum vocationis nostræ prodesse possunt; idq; Superioris arbitrio, cuius erit singula prudenter, & maturè perpendere: ijs exceptis, quos minimè expedit præterire, tum ob commune bonum Societatis, tum ob maius Dei obsequium, & animarum auxilium: qua de re, vt omnes rei momentum intelligant, seriæ exhortationes habendæ erunt. *Ex Deputatione pro renouatione spiritus.* Quæ visitationes interdicantur.

3. Si omnino interdicantur inutilia, & parum religiosa colloquia ad ianuam cum externis: nec permittantur, nisi cum ad difficultates casuum conscientiæ explicandas necesse fuerit, vel de rebus spiritualibus, & ad bonum animarum spectantibus agendum erit, vel omnino pernecessarijs, vt prudens charitas faciendum esse docuerit Superioris iudicio; præsertim viris grauioribus, & valde probatis ad ianuam accedentibus. *Ex Deputatione pro renouatione spiritus.* Inutilia colloqa.

4. Si vacent omnes quotannis spiri-

Ex Decreto 46. Congregationis 6. Annuus exercitiorum vſus.

tualibus exercitijs per octo, vel decem dies continuos: atque vt id efficaciter, & omnino fiat, ſtatutus eſt annuus iſte vſus ſpiritualium exercitiorum tantopere à Congregatione ſingulis commendatus, Superioribus præſertim; quibus curandum erit, vt non modò ſuo cæteris exemplo præluceant, ſed tempus quoq; peropportunum ſingulis ad ea cum fructu peragenda, difficultatibus peruictis, attribuant.

Ex Deputatione pro renouatione ſpiritus. De Officio, & Sacro faciendo.

5. Poſtremò proderit non parum ſi quæ Regulis Secunda, & Quarta Sacerdotum de diuino Officio attentè, deuotè, & opportuno tempore recitando, deq; ſemihora ea qua par eſt reuerentia in faciendo Sacro explenda, præcipiuntur, exactè ſeruentur. Deniq. ſi quæ ad pietatem, & deuotionem pertinent, religiosè tractentur.

CAPVT SECVNDVM.

De ratione conſcientiæ reddenda.

Ex Deputatione pro renouatione ſpiritus.

1 SERVARI oportet, quæ præſcribuntur in Inſtructione ad reddendam conſcientiæ rationem, quæue in vltima Regula Prouincialis de modo accipien-

piendæ rationis conscientiæ: quæ item de non vsurpanda notitia per confessionem, quæ est Septima Instructio: quæ deniq; in noua Instructione Vigesimatertia de paterne exigenda ratione conscientiæ à subditis. Quæ seruãda circa rationem conscientiæ.

2. Operæpretium visum est hic veluti praxim tam laudabilis in Societate consuetudinis apponere, quemadmodum cautè, & paternè in re tanti momenti Superiores se gerant. Primùm curent, vt ab inutilibus occupationibus liberi toti in suorum Subditorum internam curam, & spiritualem profectum omnino incumbant: quæ quidem cura in eo posita est, vt ab ijs, qua par est diligentia, & circumspectione, exigant rationem conscientiæ: quæ si vt oportet à subditis reddatur, atq; à Superioribus excipiatur, magnum proculdubio momentũ habebit ad spiritus renouationem, & augmentum. Secundo. Vt rectè fiat, iuuabit plurimum, si Superiores seipsos Patres exhibuerint, quod frequenter commẽdatum est; eosq; crebro, & magna charitatis significatione, vt Regula Vicesimasexta Præpositi, & Vicesimaquinta Rectoris habent, vocent, alloquantur, & eos consolentur: atq; in spiritualibus instruant; sicq; intelligant, se non tanquam Iudici suam

Praxis rationem conscientiæ exigẽdi.

Ex regulis pro Visitatoribus. 47.

Superiores patres se exhibeant.

conſcientiam Superiori, ſed tanquam Patri manifeſtare, quò conſilium ab illo, auxilium, & conſolationem accipiant: neq. idcirco futurum, vt Superior tanquam imperfectum, aut tentatum minus diligat, aut minoris æſtimet; ſed contrà maiore charitate, ac peculiari affectu cóplexurus ſit, quem ſyncerè, & candide iuuari velle conſpexerit. Ipſe verò Subditus ſic exiſtimare debet, ſe velut aliud eſſe, atq. ſuos defectus: Quare ad Superiorem confugere debet, vt ſimul cum eo ad eiuſmodi vitia eradicanda conſpiret; ſimulq. etiam media petat, & auxilia, quibus id conſequi poſſit. Superiorum autem erit tam blandè, & amanter eos excipere, vt hæc ratio conſcientiæ reddita, occaſio fiat non ſemel, aut iterum in anno ſtatis temporibus ad eos recurrendi, ſed frequenter eos adeundi: quò efficacius finem hunc Societatis, id eſt directionem, victoriam contra vitia, & virtutum lucra conſequatur. Tertio.

Diſcrimé inter rationé reddendæ conſcientiæ, & cóſeſſionem generalé.

Efficiant autem, vt Subditi intelligant, aliud eſſe reddere rationem conſcientiæ; aliud quid, generaliter confiteri; quia & regula diuerſa eſt vtriuſque, & diuerſus finis, & modus diuerſus. Nam confeſſionis finis eſt, proponere ſibi ante oculos totius illius temporis culpas, illasq. denuo

nuo

nuo maiore alacritate expiare, & quasi nouas induere vires: In aperienda autem conscientia finis est, statum animæ suæ, nimirum defectus, passiones, propensiones, tentationes, virtutes ipsas, & quæcunque ad perfectam sui cognitionem facere possunt, ei aperire, cui se ad maiorem Dei gloriam dirigendos tradiderunt. Modus etiam diuersus est: nam in confessione peccata, & circumstãtiæ aperiendæ sunt: in altera verò ea dicere satis erit, quæ integrè profectum seu defectum animæ, & statum interioris hominis manifestant. Quare vt cogendi non sunt Nostri ad rationem reddẽdam conscientiæ extra confessionem, cùm id liberum Constitutio permittat pro cuiusq. consolatione: ita summopere laudandi, qui semotis ijs, quæ proprie ad confessionem pertinent (hæc autem Superiori in confessione detegere poterunt) extra confessionem reddunt, totosq. seipsos patefaciunt, quò liberius, & absq. vllo respectu Superiores ad illorum directionem, & vtiliorem gubernationem ea notitia ad maius Dei obsequium vtantur.

Vter modus laudabilior.

3. In exhortationibus crebro à Superioribus inculcetur, tam sanctus, & laudabilis mos, a B.P. Nostro Ignatio inductus, & serio, crebroq. in Constitutioni- bus

Ex Deputatione pro renouatione spiritus.

In domeſticis exhortationibus cómendandus vlus aperiendæ conſcientiæ.

bus poſteris ſuis commendatus. Item eius neceſſitas, vtilitas, non ſolum ad priuatum, ſed etiam ad commune bonum ſpirituale oſtendatur ex ipſis Conſtitutionibus, & ex Sanctis Patribus, ſoluanturq. obiecta, rationibus, & argumentis deſumptis ex vera Theologia: Oſtendant multas cautiones adhibitas ad rem hanc religioſe, & prudenter tractandam ab ipſis Conſtitutionibus, á Præpoſitis Generalibus in ſuis Ordinationibus, ſcilicet de ſecreto ſeruando; & quemadmodum inſtituta ſit ratio conſcientiæ reddendæ ad ſpiritualem profectum Subditorum, & ædificationem.

CAPVT TERTIVM.

De Silentij Regula exactè ſeruanda.

Ex Deputatione pro renouatione ſpiritus.

Statim poſt recreationē ſilendum

1 SERIO Superiores inuigilent in exactam Regulę 26. de Silētio obſeruationem; & executioni mandentur, quæ in Inſtructione pro Superioribus cap. 3. §. 9. habentur. Sed in primis intelligant omnes oportet quemadmodum extra tempus recreationis ſemper, & vbiq. tacendum eſt, præterquam in caſibus

bus, & locis in regula expressis; Ita dato signo ad finem recreationis, statim esse silendum.

2. Curent quoque vt intelligant, cùm foras eundum sit, minime loquendum esse, iuxta Regulæ intellectum, intra Vrbem vbi populi est frequentia. Silentium in frequenti populo

3. Vt qui in Refectorio, vel in Culina tempore primæ, & secundæ mensæ inseruiunt, eandem esse sibi legem seruandam putent: quamuis vtrisque secunda recreatio permittenda videatur. Silentium in refectorio, & culina, deinseruient.

CAPVT QVARTVM.

De vitijs linguæ, & frequentia literarum.

1 RELIGIOSE seruentur præscripta in libello Industriarum, ea præsertim quæ cap. 15. habentur. *Ex Deputatione pro renouatione spiritus.*

2 Superiorum conscientia de hac re, veluti grauissima, & inimica vnioni, & charitati, grauetur, seriò vt aduigilent, & authores diligenter inquirant, vt seuerè puniantur. Qui verò authores ipsos manifestare recusauerint, pro ipsis habeantur. Authores corrigantur.

4. De inordinata, ac nimia communica-

Litteras scribendi abusus.

nicatione per literas, si quæ in cap. 15. à §. 7. ad 13. Ordinationum Generalium nuper præscripta executioni mandentur, nihil erit quod hac in re desideretur.

CAPVT QVINTVM.

De votis, Paupertate, Castitate, & Obedientia.

Ex Deputatione pro renouatione spiritus. Ex Decr. 49. Sextæ Congregationis.

1 PRO Obedientia, & Castitate legantur capita Quartum, & Quintum pro Instructione Superiorum: neque enim aliud visum est addendum.

2. Executioni mandentur, quę de manifestatione delicti Superioribus facienda censuit Congregatio.

Reliquiaria vnius aurei pretium ne excedát.

3. Quod ad Paupertatis nostræ puritatem attinet, abundè prospectum est in §. 7. & 8. Instructionis antiquæ pro renouatione spiritus. Præterea, Reliquiaria, & his similia, quæ collo suspensa circumferuntur, vnius aurei pretium minime excedere oportebit. Vsus verò accipiendi, mittendiq; etiam cum facultate, omnino corrigendus videtur: nec tam faciles se Superiores exhibeãt in facienda huiusmodi potestate, præsertim generali.

Vsus accipiẽdi, mittendique moderãdus.

CAPVT SEXTVM.

De vſu poenitentiarum ſecretarum excitando.

1 LEGENDAE interdum erunt publicè literæ R.P.N.Claudij Aquauiuæ, de vſu pœnitentiarum iuxta noſtri Inſtituti rationem nuper ſcriptæ: in quibus oſtenditur, non idcirco quod ex regula certas, & ſtatutas non habeamus, eas negligi Religioſis Societatis oportere. *Ex Deputatione pro renouatione ſpiritus.* Legantur litteræ P. N. de hac re.

2. Excitetur tam laudabilis vſus, ſicubi non ita vigeat, à Superioribus in exhortationibus, extraq. illas in priuatis colloquijs, in ijs præſertim qui iuuenes ſunt. Et ſicut inflammandi tepidiores erunt à Præfecto ſpiritus, à Rectore, & Prouinciali in viſitatione: ita feruentiores regendi ſunt, ne nimium excedant. Excitandus vſus pœnitentiarum.

CAPVT SEPTIMVM.

De cautela adhibenda, ne Principum, ac Magnatum aulæ noſtris obſint.

1 SATIS proſpectum fuerit, ſi ea, quæ cap. 15. Induſtriarum remedia *Ex Deputatione*

pro renouatione ſpiritus. dia indicantur, Superiores, præſertim Prouinciales adhibuerint.

Seruētur præſcripta. 2. Vt oſtendatur Principibus viris Inſtructio 21. pro Confeſſarijs Principum, vt ibi præſcribitur. §. 14.

3. Si mala præueniantur, cum apparent futura ex ſignis poſitis in Induſtrijs, & præcidantur initio familiaritates iſtæ cum Principibus, antequam adoleſcant, & radices agant, quæ Societati noſtræ, niſi fortiter obſiſtamus, grauiter minitantur; præcipuè cum Superiores conniuent.

Præueniātur, & p̄cidantur.

CAPVT OCTAVVM.

De humana, & politica ratione agendi, præſertim in Iunioribus.

Ex *Deputatione pro renouatione ſpiritus.*

Quomodo excitandi.

1 EXCITANDI quidem ſunt, qui hoc malo laborant, ſpiritu perfectionis; ſerioq. monendi, ne huic peſti religionis adhæreſcant. quòd magnopere dedeceat virum Religioſum, qui candorem, ac ſimplicitatem profitetur, dici, ne dum politicum eſſe.

Quomodo artificijs occurrendū

2. Superiores cùm aliquos humanis ijs rationibus quaſi adminiculis ad ſuos fines conſequendos vti compererint, facto ipſo technas ipſorum diſſoluant, & cu-

cuniculos anteuertant; præcidendo intercessiones, fauores, machinationes, ita vt eorum consilia irrita omnino reddantur: doceanturq. dum iuuenes sunt, detestari tantum malum in Societate; & seruanda curent, quæ cap. 24. in Ordinationibus generalibus præscribuntur. Quod si Subditis ipsis, vt suos fines, propriaq. commoda medijs non religiosis assequantur, tam indecorum sit; quid Superioribus fiet, si in hoc ipso quò grauius, cò turpius peccauerint?

CAPVT NONVM.

De Recreatione quotidiana religiosè transigenda.

1 ETSI in hac generali Congregatione, quandoquidem minore cum fructu, & parum religiosè transigi à Nostris tempus recreationis non pauci conquerebantur, seriò actum sit de moderanda, contrahendaq. recreatione ob plurima quæ numerabantur incommoda, quæ Religiosam viuendi rationem dedecent; visum est tamen Patribus, momentis rationum hinc inde perpensis, quidquam noui in præsens minimè statuere: Ve-

Ex Decreto 18. Sextæ Cõgregationis.

Abusus recreationis.

Verum adnitendum eſſe pro viribus, vt alijs primum rationibus, quæ à diuerſis propoſitæ fuerunt,quaſi periculi faciendi gratia,iretur obuiam incōmodis, quæ in recreationibus noſtris alicubi reperiri non ſine iactura ſpiritus pleriq. dolebāt. Quæ res cum à Patribus Deputatis pro renouatione ſpiritus,vti cenſuit Congregatio, diligenter diſcuſſa fuiſſet, P. Noſtri iudicio reiecta eſt, rationibus nonnullis religiosè peragendæ allatis, quæ ſequuntur.

Religiosè recreatio facienda.

2. Vt peculiaris hac in re diligentia à Superioribus adhibeatur (quibus præeundum erit exemplo cæteris) vt recreationis tempus, iuxta Reg. 56. Præpoſiti, & 55. Rectoris, religiosè impendatur. quod niſi rectè, & vt Religioſum decet, & vt finis huius inſtitutionis poſtulat,traducatur, refrigeſcat ſpiritus neceſſe ſit, plurimumq. diſtrahatur. Quò ſane fiet, vt dum inter nos ea, quæ pios viros decent, loqui non aſſueſcimus, deinceps etiam cum externis ea colloquia minimè miſcere nouerimus, quæ pietatem redoleant, & audientes ædificent.

A quibus abſtinendum in recreatione.

3. Aduigiletur itaq., vt non ſolum exterminentur, ſi quę ſunt,oblocutiones, & obmurmurationes; ſed explodantur etiam à religioſa recreatione rerum curioſa-

riosarum, & ludicrarum narratiunculæ, libertasq., & secularitas indecora. Seculares autem rumores, qui foris audiuntur, iuxta regulam, nec temere, nec sine fructu domi narrentur. *Reg. 29. commu.*

4. Proinde suppeditabit abundè materiam recreationi nostræ Catalogus à P. Natali p. m. confectus; qui saltem quotannis ad memoriam excitandam semel atq. iterum legendus erit ad mensam: Tum lectiones quotidianæ, quæ in Refectorio audiuntur, præsertim litteræ annuæ: Denique spiritualium librorum frequens lectio, si ei tempus iuxta Regulam arbitrio Præpositi, & Rectoris, aut Præfecti spiritus, statis horis studiosè impendatur. Quænam materia religiosæ recreationis,

5. Porro consuetudo visendi Sanctissimum Sacramentum à prandio, vel à cœna, vti nullo modo generatim præscribenda est, ob multas rationes; ita nequaquam omnino prohibenda videtur, si & ipsa loci dispositio faciliorem eam reddat aliquibus, qui sponte velint accedere; quibus Superioris erit, si nimij fuerint, modum inijcere. Sanctissimum Sacramentum inuisere.

6. Postremo ad precauenda liberioris conuersationis incommoda, præmonendi erunt omnes in exhortationibus, vt ab huiusmodi narrationibus, & collocutio- Pænitentiæ impenende.

eutionibus abstineant, adhibeanturq. ad eam rem idonei Syndici; & submittantur subinde viri probi spirituales, qui sermones sanctos, & religiosæ recreationi conuenientes inducant. nec desint transgredi[illegible]tibus pœnitentiæ: vel ab ipsamet rec[illegible]eatione ad tempus submouendi, qu[illegible]ndo hac in re non leuiter eos peccasse Superior perspicuè animaduerterit.

QVIBVS DE REBVS

Nostri Recreationis tempore colloqui possint.

1 DE Vita Christi, & Sanctorum: deque historijs ecclesiasticis.

2 De Historijs Societatis tum rerum, tum personarum.

3 De bonis cuiusq. desiderijs ad proficiendum in via perfectionis: deque fructu ex meditatione collecto.

4 De bonis desiderijs iuuandi proximos: præsertim inter hæreticos, & infideles.

5 De rebus, quas in sacris lectionibus, aut concionibus audierũt: vel inter prandendum, aut cœnandum.

6 De Spiritu, & Instituto Societatis: de Constitutionibus, de Regulis, & gratia Vocationis: cum humilitate tamen, simplicitate, ac deuotione in Domino, ad perfectam eorum obseruationem.

7 De sua cuiusque vocatione.

8 De Virtutibus; ijs præsertim, quæ Religiosis peculiares sunt: idq. iuxta gratiam, & proprietatem nostræ vocationis.

9 De Vitijs contrarijs; non tamen carnis.

10 De Morte, Iudicio, Inferno, Paradiso.

11 De iudicijs Dei occultis, ac manifestis.

12 De miserijs mundi: deque periculis eorum, qui in seculo degunt.

13 De securitate eorum, qui in Societate viuunt: cum humilitate tamen; nihil eam alijs Religiosorum Ordinibus præferendo: sed feruenti spiritu eius gratiam magnificando in Domino.

14 De bonis operibus, quæ conferuntur in proximum.

15 De Virtutibus, ac religiosa conuersatione Patrum, ac Fratrum: eorum præsertim, qui vel procul absunt, vel requiescunt in Domino.

16 De Hæreticis, & Infidelibus nostræ tempestatis: quod spectat ad concipiendum animum, vt aduersus illos pugnemus in gladio spiritus: atq. oremus, vt Dominus eos conuertat.

17 De his tandem rebus loquantur, quæ possint simul & relaxare animos, & ad spiritualem ędificationem facere. Eæ autem erunt, quæ minimum habeant speculationis; affectus vero habeant religiosè honestos, ac suauiter religiosos.

1 NE SINT Nostri in recreatione singulares, solitarij, aut tetrici.
2 Ne leues in actione.
3 Ne immodesti.
4 Ne verbosi.
5 Ne iracundi.
6 Ne contentiosi, aut ironici.
7 Ne in incessu incitati.
8 Ne molesti, aut acerbi.
9 Ne voce vtantur elatiore, aut cachinnis.

SE-

SECVNDA INSTRVCTIO
Pro Concionatoribus, & Missionibus.

CAPVT PRIMVM.

De Concionatoribus.



VM in antiqua Instructione, & Regulis Cõcionatorum abunde prouisũ sit; nihil prætereà addendum esse Patres cẽsuerunt, præter illa duo. *Ex Deputatione pro Concionat. & Missionib.*

Primum, Vt qm̃ vsu ipso comperimus, siue Operariorum inopia, siue Superiorum neglectu, minimè executioni mandari quod in §. 7. eiusdem Instructionis præscripsimus; Vt qui biennium ad repetenda studia non habuerint, si concionandi talenta non defuerint, per duos annos priuato studio Sacræ Scripturæ, legendisque Patribus, ac sanctæ meditationi vacent; operæpretium visum est, De tempore concionatoribus attribuendo.

ſeriò, iterumq. Prouincialibus commendare, vt vnius ſaltem anni ſpatium ijſdem abſq. vlla diſpenſatione, aut dilatione attribuant.

2 Alterum eſt, vt quemadmodum, ne paupertatis noſtræ ſynceritati labes aliqua proprij vſus aſpergatur, factum videtur ſatis §. 5. Inſtructionis ad renouationem ſpiritus, ne duplices veſtes in cubiculis, & inſtrumenta ad iter agendũ vt propria aſſeruentur; ita vt neceſſitati iter agentium, eorumq. qui in Miſſionibus verſantur, cum charitate proſpiciatur, adnitendum erit Superioribus ne quid eiuſmodi deſideretur: ſed liberalem ſe quiſque exhibeat debito cum amore: ne dum paupertatis velimus amantes nimium videri, charitas ipſa lædatur, & occaſio illis detur, dum aliunde inconſulto Superiore ſibi prouidere coguntur, aliquid patrandi, quod proprietatem ſapiat. Quare Prouincialibus enixè incumbendum erit, vt in maioribus Collegijs, & proportione quadam in minoribus, impenſis Prouinciæ, vel aliqua alia ratione peculiaris quiſpiam locus ſit, in quo huiuſmodi res aſſeruentur; ex quo neceſſaria Concionatoribus, atque iter agentibus abundè ſuppeditentur.

De neceſſarijs ſuppeditandis concionatoribus.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

De Missionibus.

1 OMNINO fœminarum visitatio in Missionibus interdicitur; proindeq. nullo modo ferendum est Nostris fœminas domum ad se venire, quacunque de causa: quod si necesse fuerit, in templo audiantur.

Ex Decreto 56. Congr. 6. Fœminarum visitatio interdicitur

2 Qui in Missionibus versantur nunquam inuitent externos ad mensam; nec patiantur se inuicem ab alijs inuitari, quantum in ipsis erit.

Ex eodem Decreto. Externi ad mensam ne inuitentur.

3 Valde optandum est, ne pecuniam in Missionibus Nostri accipiant. at si quando necessitate exigente accipienda sit, ita impendatur, vt neque paupertatis nostræ lædatur synceritas, nec vlla detur externis offensio: teneanturq. qui in Missionibus fuerint, acceptæ pecuniæ rationem Superioribus reddere, eamq. si qua supererit, ijsdem quam primùm restituere.

Ex eodem Decr. De pecunia in Missionibus accepta.

4 De eleemosynis verò accipiendis, quæ Nostris aliquando mittuntur, postquam alicubi concionati sunt, seruanda erit diligenter Instructio de hac re præscripta cap. 21. Ordinationum Genera-

Ex cap. 21 Ord. Gen.

 lium,

Quando eleemosynæ accipiendæ vbi nostri ministeria exercuerint.

lium: vbi iudicium sumendum esse dicitur, an huiusmodi eleemosynæ accipiendæ sint, nec ne, ex circumstantijs personarum, ac modi dandi, loquendiq.: alioqui nimis durum videretur, & à ratione alienum, si omnes, qui nostris ministerijs vtuntur, à beneficijs, & eleemosynis præstandis in vniuersum arcerentur. Quare si qui eleemosynã offert is sit, de quo probabiliter existimetur, quòd nõ mittat pro compẽsatione, vel intuitu eius ministerij, quod Nostri concionati sint, vel solitus fuerit paria mittere antequã Nostri concionarentur, vel credatur missurus, etiãsi Societas ibi non cõcionaretur; tunc eleemosyua poterit admitti: non autem si secus censeatur: multo minus quãdo aliquo modo significaretur mitti propter ministerium concionandi, vel aliud quoduis: donec is qui mittit, planè intelligat admitti non posse nisi nomine eleemosynæ, secluso omni alio respectu; atq; hoc eodẽ modo ipse quoq. largiatur. Quare si post cõciones à Prçlatis, à Ciuitatibus aliquid ad Domos, aut Collegia mitteretur, nullo modo oporteret admitti; nisi id contingeret post longum tempus à concionibus transactum.

TER-

TERTIA

INSTRVCTIO

Pro Confessarijs, & omnibus Sacerdotibus.



RAETER ea, quæ in Regulis Sacerdotum, & Instructione pro Cõfessarijs statuta sunt, hæc visa sunt Generali Congregationi præscribenda. Ex Decr. 38. Can. 7 Congr. 6.

CAPVT PRIMVM.

De non accipiendis eleemosynis.

Interdicuntur eleemosynæ ad proprium vsum.

1 CVM difficile sit Principibus viris Confessarios de Nostris postulantibus denegare; vt integrè hac in re, & syncerè agatur, neue, dum alijs nostris ministerijs prodesse cupimus, paupertati nostræ damnum inferamus; statuit Congregatio, vbi Instructionem illam pro Confessarijs Principum à R. P. N. Claudio Aquauiua confectam sua

auctoritate ſanciuit, nemini Noſtrorum licere, eo maximè nomine, quòd cũ Principibus, ac viris primarijs familiariter agant, vel eorum Confeſſarij ſint, ab ijs quicquam ad proprium vſum, ac diſpoſitionem accipere; neq; Superiores ad eam rem poteſtatem facere poſſe: eo nequaquam impunè abire permiſſo, qui hac in re defeciſſe deprehenderetur. Quod item omnino iudicium eſſe voluit de alijs Cõfeſſarijs, Concionatoribus, Præceptoribus, & ſimilibus, erga pœnitentes, deuotos, conſanguineos, amicos: maximè vero de ijs, qui in Miſſionibus verſantur.

Superioribus facultas adimitur.

2 Quod ſi ſponte aliquid offeratur, aut cuipiam mittatur, id iuxta Reg. 64. Præpoſiti, & 60. Rectoris, in communem vſum accipiatur, & diſpenſetur. In caſibus verò peculiaribus prudentiæ Superiorum permittitur perpendere quid expediat; & vbi dubium inciderit, ad Præpoſitum Generalem referre.

Quomodo diſpẽſandæ.

CAPVT SECVNDVM.

De viſitandis mulieribus.

Ex Decr. 60. Congr. 6.

QVONIAM Decreto 19. Congregationis Sextæ Patribus Deputatis ad reno-

renouationem spiritus cura demandata fuit diligenter inspiciendi, vtrum Instructionibus, atque Ordinationibus à R. P. N. Generali sæpe repetitis circa visitationes fœminarum aliquid esset addendum; post diligentem rei discussionem retulerunt Congregationi se percurrisse, & expendisse omnia, quæ hac de re scripta sunt; nimirum Instructionem tertiam pro Confessarijs; illa præsertim capita, quæ ad confessiones, colloquia, & visitationes mulierum spectant: tum Caput Duodecimum Ordinationum Generalium, quod totum versatur in executione Regulæ Decimæoctauæ Sacerdotum, vnà cum eorundem regulis eiusdem argumenti: Denique binas literas missas ad Prouincias, alteras 21. Decembris 1605. quæ totæ in eodem versantur: Alteras 23. Nouembris 1607. de Nostris associandis cùm domo egrediuntur inscriptas: in quarum postremis magnopere inculcatur obseruatio eiusdem Regulæ 18: Atque omnibus visum est, abũdè prędictis Ordinationibus prospectum esse, quantum in humanis prospici potest: nec quicquam amplius desiderari posse, præter exactam executionem. quorum iudicium vniuersa Congregatio cõfirmauit.

Omnes ordinationes de visitãdis mulieribus discussæ in deputatione, à Generali Congregatione confirmatæ.

Quo-

Quoniam verò Patres in illa deputatione censuerunt, vt quæcunque de hac re præscripta sunt, & in varijs Ordinationibus dispersa, in vnum colligerentur, quò promptiora forent, & quasi ad manum Superioribus; operæpretium visum est hic illas attexere.

In Regulis Sacerdotum.

PRIMO præcipitur, vt Confessarij ita audiant pœnitentes, vt mutuum
Ex Reg. 15 aspectum fugiant. Quod si locus non erit eiusmodi, vt tabula à Confessario pœnitentem diuidat, manus interposita
Ex 16. idipsum præstare debebit. Vt in audiendis eiusmodi confessionibus seueros po-
Ex 17. tius, quàm familiares se exhibeant. Vt fœminas crebrius confitentes breui expediant, nec de rebus ad confessionem non pertinentibus in ea loquantur: extra quam si eas alloqui necesse fuerit, longum sermonem ne misceant, & oculos modestè demissos habeant.

Ex 18. 2 Vt, cùm ad confessiones fœminarum accesserint, vel alia de causa eas
De Socio secum habendo. adierint, Socius, sibi à Superiore designatus, eo loco sit, quandiu cum fœminis loquetur, vnde videre, sed non quæ secre-

secreta esse oportet, audire possit. Quod si loci dispositio minimè id pateretur, adnitendum erit Sacerdoti, ne fores sint obseratæ, nec locus obscurus. Denique ne peculiarem fœminarum curam Nostri suscipiant, vel alicuius obedientiam admittant. Ex 18.

Ex cap. 12. Ordinationum Generalium.

1 MAGNOPERE commendatur exacta obseruatio Regulæ Decimeoctauæ Sacerdotum, de socio sibi assignato semper habendo; vt quæ ad ædificationem proximi, omnemq. in partem præcipuum habeat momentum; quam Regulam non solum ibi præscribitur quã accuratissimè Nostris omnibus esse seruandam, nulloq. modo Superioribus, eius curam negligendam; verum etiam eos, qui secus fecerint, præsertim admonitos, non solum contra Regulam, ordinationemq. facturos declarat: sed iustam præterea suspicionem daturos, quod syncerè non procedant; minusq. quàm debeant sollicitos esse de ædificatione, & bono nomine Societatis. Commẽdatur regulæ executio.

Ex Instructione Tertia pro Confessarijs.

§.2. Ad crates audiēdæ.

1 COMMENDATVR obseruatio Regulæ Decimæquintæ Sacerdotum, ad crates mulieres audiendi, etiam in summa frequentia, nulla excusatione admissa, vel cum puellis ipsis: quin etiam seruandam esse præcipit Regulam Decimamseptimam, ne de rebus ad confessionem non pertinentibus ibi loquantur; docetq. modum, si quando id fieri contingat, stando vel sedendo, in locis decentibus, breuiter, & modeste id fieri oportere, iuxta regulam, vt tollatur offensio.

Quomodo cum illis loquēdum.

§. 5.

§.4. & 6.

2 Vt seruetur exactè Regula 21. cureturq. ne confessiones generales earū excipiantur, quę semel alicui confessę fuerint, nisi exigente necessitate Sacramenti. Ne quæ matutino tempore sint confessæ, vel sequenti die confiteri debebunt, à prandio audiantur: sed in crastinum diem reijciantur.

De frequentius confitentibus.

§.7.

3 Circa Reg. 18. de Socio retinendo Superioribus demandat, vt ijs, qui suas Regulas 15. 16. 17. 18. non seruauerint, monitiones serias, & pœnitentias iniungant; præcepto etiam imposito ijs, qui eo fræno indigere videbuntur. quod si ne id

Vt corrigendi, qui has regulas neglexerint.

id quidem præstare deprehensi fuerint, statim à confessione fœminarum arcendi sunt, Gænerali Præposito admonito, vt de efficaciori remedio cogitetur.

4 Sed si locus, vbi ægrota iacet, ita angustus sit, vt socius vnà cum Patre adesse non possit; cum primum domum redierint, Superiorem moneant, vt is consideret, an illuc secundo redeundum sit, an potius ea cura proprijs Parochis relinquenda. Quæ ordinatio vt facilius seruetur, Superioribus omnibus iniungitur, vt in publicis exhortationibus declarent, Fratres, & Socios omnes teneri, saltem ex vi huius Ordinationis, Superiorem ea de re integrè, & sycerè monere; quod ni fecerint, intelligant se nec suæ conscientiæ, nec Societatis bono satisfecisse. Sacerdotes verò quantumuis Socij extra manere velint, nulla ratione id permittant, tum ne otiosa illi colloquia cum alijs misceant, tum ne sint ipsi sine teste.

Quando locus est angustus.

Coadiutores tenētur referre.

Sacerdotes non permittant Socios esse solos.

5 Ad meliorem Regulæ illius obseruationem, quæ 72. Præpositi, & 70. Rectoris est, de non inuisendis mulieribus, nisi in necessitate, ac cum spe magni fructus, (extra quem casum necessitatis, qui esset v. g. in aliqua infirmitate, aut morte aliquorum, aut pij alicuius negotij causa

§.9.

Modus tenendus in visitatione mulierum.

cauſa, & cætera id genus, raro admodum ſpes iſta magni fructus aduenire poteſt) commodiſſima illa ratio adhibita eſt, vt habita ratione tum perſonarum, quæ inuiſuntur, ſi nobiles, ſi primariæ, ſi non vulgariter de Societate benè meritæ, ſi cognatis id officij genus non ingratum fuerit : tum Noſtrorum qui inuiſunt, qui pauciſſimi eſſe debebunt, vt Superior, Confeſſarius, vel aliquis alius vir grauis, ac ſpiritualis; Prouincialis in viſitatione, auditis Conſultoribus, deſignet eas quibus ſine offenſione, præter circumſtancias iam dictas, id negari non debeat: cæteras omnes huiuſmodi viſitationes ſuperfluas ſeuerè interdicat.

6 Demum Prouincialibus ſerio iniungitur, vt in viſitationibus diligenter inquirant quemadmodum hæc omnia ſeruentur, & Generalem moneant: curentq., vt prætextu miſſionum Confeſſarij ſubinde mutentur, ne anguſtus ſit fructus, ſi perpetuò, aut plures horas cum nonnullis deuotulis ita occupentur, vt alijs ad confitendum locus non ſit; & alias confiteri volentes arceant, ne filiæ propriæ ſpirituales, vt vocari conſueuerunt, expectare cogantur.

§.10.& 12 Prouincialis inueſtiget, & Miſſiones inſtituat.

Ex

Ex litteris P. Nostri datis 25. Decembris 1605.

1 PRAESCRIBITVR, vt Instructio pro Confessarijs attentè omnibus Sacerdotibus tertio saltem quoque mense prælegatur, cureturq. vt exactissimè seruetur. **Instructio pro Confessarijs tertio quoque mense legenda.**

2 Grauioribus verbis Superioribus iniungit Regulæ 18. Sacerdotum diligentem obseruationem; cùm ea magni sit momenti, tum ad securitatem, tum ad ædificationem. **Inculcatur obseruatio regulæ 18.**

3 Vt in cuiusque Collegij visitatione Prouincialis sedulò inquirat, quemadmodum hæc regula obseruetur: omnibusq. Sacerdotibus regulas suas cum prædicta Instructione singulis annis prælegat, deq. obseruatione Præpositum Generalem admoneat. **In Visitatione Prouincialis inquirat.**

4 Vt si quem è Sacerdotibus, aut alium quempiam hac in re deliquisse comprererit, publicam illi, & secretam pœnitentiam imponat, interdicatq. ne ad ædes illas reuertatur. Quod si sæpius quàm semel peccauerit, suspendendus etiam fuerit ab audiendis confessionibus fœminarum, & loco mutandus. **Quæ pœnitent. æ iniungendæ.**

5 Vt etiam pro rei modo castigetur

Su-

Superiores quoq. corrigendi. Superior, si in earundem regularum obseruatione defecerit, cùm Subditis exemplo esse debeat; aut in eadem exigenda ab alijs negligens fuerit.

Singulis mensibus de hac re inquirendum. 6 Vt Superiores immediati præter quotidianam sollicitudinem singulis mēsibus diligenter inuestigent, quonam modo hac in parte res se habeat.

Coadiutores tenentur Superiori referre. 7 Vt Fratres Coadiutores doceantur, cum vesperi domum redeunt, debere se ad Superiorem referre an Sacerdos, vel quiuis alius qualibet ex causa regulam fregerit; seueriusq. animaduertatur in Socios, qui minus fideles hac in re se gesserint, admonitis eorum Confessarijs, vt conscientias eorum grauent, si id non faciant; significeturq. hoc ipsum in commune Coadiutoribus, ne ignorantiam excusent. Porro in Socijs assignandis, etiam Sacerdotibus, impensior cura, & delectus habeatur.

De frequenter confitentibus. 8 Vt accuratè seruentur, quæ §. 3.4. & 6. continentur de remedijs, quibus eas vti conuenit, qui frequentius confitentur, & largas tamen moras in confessionalibus trahunt. Itemq. quod de syndicis cauetur §. 5. & de visitationibus §. 7. quod nimirum sine vrgentibus rationibus institui visitationes non debeant, earumq. dumtaxat personarum, quæ dignæ

hoc

hoc officio, & minimè suspectæ videãtur.

9 Quod ad confessiones attinet, quæ in templo audiuntur, Superioribus curandum præscribitur, vt Confessionalia patentibus locis constituantur: eaq. ita inter se collocentur, vt vnus Confessarius sit quodammodo Socius alterius; visitabitq. subinde Superior, ne suis locis moueantur, & vt crates integræ sint, atque minutæ. Cõfessionalia cõgruè dispoñatur.

10 Cauetur ne mane intempestiuè, aut serius vesperi (nisi forte cum magna est frequentia, & sufficientibus tum facibus accensis) neque interdiu item à prandio recreationis tempore, alioue, quo ire omnes non solent, in Ecclesiam eant Sacerdotes, nisi nominatim accersantur; præter eos, qui ad diem illum sunt designati. Tempus Ecclesiã adeundi.

11 Ne Confessarij, pauperum mulierum iuuandarum prætextu, maiorem quàm deceat familiaritatem contrahãt: & vt eleemosynę, iuxta regulam Sacerdotum 22. cũ consensu Superioris fiant, atq; aliena potius manu, quàm per ipsos, quoad eius fieri poterit. Quantumuis enim à charitate inchoetur, res tamen decursu temporis periculi plena, aut certis calumnijs obnoxia fit. Modus in mulierculis iuuandis adhibendus.

12 Vt immediatus Superior vnà

D cum

Superior inuestiget an hæ Ordinationes seruentur.

cum Præfecto Ecclesiæ, Aedituo, & Syndico quopiam, secretò, seorsimue cum singulis expendat quemadmodum se res habeant, & quàm accuratè in Ecclesia præscriptę Ordinationes seruentur; moneanturq. Consultores omnes, quòd inter capita, de quibus ad Generalem, siue ad Prouincialem scribent, hoc vnum esse oportebit, quemadmodum scilicet superiora seruentur, ac præcipuè circa Visitationes, ac Socios.

Missiones identidem faciendæ.

13 Vt omnes Confessarij, quod alias enixius commendatum est, per vnius mensis spacium ad Missionem aliquam destinentur, (ijs dumtaxat exceptis, qui graues ob causas, vel inualetudinis, vel senectutis minimè idonei ad id muneris iudicio Prouincialis videbuntur) quæ res cum magnæ ædificationi, libertatiq. pœnitentium cessura sit, (vt de fructu non dicamus, qui ex Missionibus ipsis colligetur) seriò Superioribus inculcatur, vt executioni mandent, omni difficultate peruicta.

Libertas facienda pœnitenti confitendi alteri.

14 Demum vrgendam esse Regulam de non admittenda vllius pœnitentis obedientia; & de potestate alios Confessarios adeundi, libenter facienda; vtq. ab omni adhærentis affectus specie alienos se Nostri ostendant. Quod si qua

erit

erit, quæ nimis crebrò, qualicunque prętextu, redire videatur, alium ei Confessarium designare oportebit; curareq., vt prior illam à se dimittat.

Ex literis 13. Nouembris 1607. De obligatione Sociorum ad Superiorem referendi.

1 IN postremis, post seriam commendationem toties repetitæ regulæ 18. Sacerdotum; vt ostendat quanti illa facienda sit, & in praxim promptè & efficaciter à Superioribus redigatur, præscribit ijsdem, vt quamprimum has acceperint, Fratres omnes aduocent, & admoneant sui officij; scilicet ipsos arctissimè teneri, vt Superiori referant sub vesperam eo ipso die, si forte Sacerdos, vel alius regulam de Socio secum habendo non seruauerit. quod de ijs omnibus, quãuis Sacerdotibus, vel Scholaribus intelligi vult, qui Socij alterius fuerint. Tenentur Socij Superiori referre.

2 Vt illi pœnitentiam trium disciplinarum subeundam sibi esse prima vice intelligant, si Superiorem non admonuerint. Quod si iterum in eandem negligentiæ culpam inciderint, admoneri Generalem oportebit, vt deliberet, an in Pœnitentiæ Socijs iniungendæ.

Societate tales retinendi ſint, qui in re, quam tanti Societas meritò facit, parum fideles ſeſe præſtiterint. quamuis de publicis diſciplinis imponendis Superioris prudentiæ permittatur, ſicubi hoc medio cum aliqua nota defectum Sacerdotis publicari intellexerit. quo tamen in caſu ſecretæ minimè prętereundę erunt.

Omne genus viſitatioum regula Socij comprehẽdi.

Cæterum hęc Ordinatio de Socio, pręter Sacerdotes, non ſolùm cæteros amplectitur, qui Sacerdotes non ſunt, ſiue mulieres inuiſant, ſiue alios ex Noſtris comitentur; ſed etiam quęcunque genera viſitationum comprehendit, ne (vt religioſæ decentię conſulatur) vllibi ſocium ſolum eſſe permittant: niſi perſonę, quas adeunt, eæ ſint, vt per negotia, quæ ſecretum poſtulent, aut per vrbanitatem ipſam minimè liceat eſſe cum Socio.



QVAR-

QVARTA
INSTRVCTIO
Pro Nouitijs.


1 ALDE commendatũ esse cupimus Magistro Nouitiorum, vt, iuxta Regulam quadragesimãquartam, Nouitij antequam ad Collegia educantur, (ad quæ tempore vacationũ generalium ordinariè minimè mittendi erunt) probè instructi à Regulis sint; è quibus, quemadmodum plurimùm peti debet materia exhortationum, ita non multum erit in singulis regulis immorandum; vt omnes, si fieri possit, ante biennium absoluantur: neque idcirco alterius generis exhortationes interdicuntur, quas ipse profuturas Nouitijs existimabit. *Ex Deput. pro Nouitijs.* Nouitij regulis instruantur.

2 Vt quemadmodum, iuxta Reg. 28. & 37. Magistri Nouitiorum, spiritualia exercitia exactè omnibus in principio obeunda sunt, ita minimè integrè repetenda altero anno, nisi ex parte, iuxta Exercitia integra semel obeunda.

Reg. 39. quando ita in Domino expedire iudicatum fuerit.

Ex Decreto 51. Cõgreg. 6. Manifestãda Nouitijs.


3 Quæ de manifestatione delicti Superiori facienda probata, ac sancita sunt in Sexta generali Congregatione, ostendenda sunt Nouitijs, & declaranda, iuxta Reg. 15. Magistri Nouitiorum, inter alia, quæ ibidem ipsis proponenda, explicandaq. paulatim dicuntur.



QVINTA

INSTRVCTIO

Pro Scholasticis.



VM ad primitias spiritus, ac feruorem, quem initio hausimus in Societate conseruandum, promouendumque tanti sit educatio nostrorum fratrum, qui studijs dant operam, hæc pauca ad eos, quales instistituti nostri ratio postulat, efformandos addenda censuimus veteri Instructioni.

1 Vt

1 Vt ad §. 2. in quo præscribitur, ne assuescant nimis colloqui cum externis, aut amicis, illud addatur, vt ad ianuam, nisi de vnius Rectoris expressa licentia non vocentur: quam rarò admodum oportebit illum concedere; eundemque inuigilare, ne prolixa sint eorum cum externis colloquia. Nisi fortè in locis vbi sunt Vniuersitates, indulgeri plusculum videri possit, vt Prouincialis, vel Rectoris iudicio aliquibus ex Nostris viris probis, ac spiritualibus cura demandetur, quò in spiritu iuuentur.

Raro Scolastici ad ianuam accedant *Ex. De.* 12 *Congr. 6.* Colloqa cum externis interdicuntur. *Ex Dep. pro Schol.*

2 Etsi in vniuersum minimè visum est pręscribere, ne Scholastici suorum Magistrorum cubicula ingrediātur: nihilominus tamen cū alicubi mos esse dicatur, vt nō studiorum tantū causa Scholastici suos Pręceptores in cubiculis adeāt; censuit Congregatio declarandum esse facturos ipsos contra Regulam communem (qua nemini in alienum cubiculum ingredi licet sine generali, aut speciali Superioris facultate) si aliam ob causam, quàm solam studiorum in eorum intrent cubicula, aut commorentur. Proinde expedire visum est, vt Superior ipse designet horam Magistris opportunam, qua possint adiri; extra quam si necesse fuerit Scholasticos agere cum ijsdē

Ex eodem Decr. Hora Magistros adeundi assignanda. 33. *Cān.*

Præceptoribus, eorumq. cubicula ingredi, petant iuxta regulam sibi fieri à Superiore potestatem.

Ex eodem Decr. Generalis facultas mutuo in sua cubicula ingrediendi magistris interdicitur.

3 Operæpretium visum est, ob incommoda, quæ vsu comperta sunt, si alicubi generalis facultas dari consueuit, aut huiusmodi mos inualuit, vt Magistri in sua mutuò cubicula intrent absque particulari licentia, id in posterum omnibus interdici: in casibus verò particularibus Superiores ipsi expendant quid in Domino expediat.

Ex eodem Decr. Die recreationis in vinea vt tẽpus distribuendum.

4 Vt die recreationis hebdomadariæ cùm itur ad prædium, seu vineam, ibiq. cœnatur, meridie per vnam vel alteram horam Scholastici partim studeãt, partim orationem matutinam perficiãt; quo tempore nulli fas sit vel ludere, vel confabulari; nisi eo elapso signum detur ad recreandum.

Ex eodem Decr. Die recreationis in collegiis quo modo tẽpus distribuendum

5 Cùm verò per cæli iniurias, vel alias ob causas die recreationis neque ad prædium, neque deambulatum ire licuerit; mane ad recreationem non pulsetur, sed vacetur studijs: à prandio verò, peracta recreatione ordinaria, mora aliqua interposita detur signum ad recreationem per tres horas. Superioris autem erit præcauere, ne irreligiosi clamores, itemq. ludi, qui à vicinis audiri

diri possint, permittantur.

6 De Magistris autem etsi nihil in præsens visum est addendum ad ipsorum Regulas, Superioribus tamen iniungitur, vt diligenter inuigilent, ne in colloquijs, quæ necessariò haberi debent cum externis suis Scholasticis, diutius commorentur; præsertim cum vno aliquo: tempusue inutiliter, ac parum religiosè insumant.

Ex eodem Decr.
Magistri ne inutiliter cum externis colloquia protrahãt

7 Vt ante renouationem votorum instituatur vacatio per triduum; ita vt ab alijs occupationibus, etiam litterarijs, præterquam ab ordinarijs lectionibus matutinis, aut pomeridianis, sicubi fuerint, vacetur. Cuius rei causa peropportunum, & peraccommodum tempus Superiores excogitabũt: exempli causa in hyeme Natalitias vacationes, vbi per totam hebdomadam à studijs non feriatur: in quibus vota renouaturi per triduum exercebuntur in rebus spiritualibus iuxta Instructionem; quæ duo capita complectitur. Primum vt ad colloquia, vel negotia cum externis ad ianuam, vel ad recreationem cum domesticis illo triduo non admittantur.

Ex. D. 46. §. 1. Congregat. 6.
Triduana recollectio ante votorum renouationem.

Instructio pro triduo rite impendendo.

Alterum est, quòd cùm finis sit harum feriarum spiritualium, vt ex occasione renouationis votorum vnusquisque sedu-

lo incumbat in omnimodam suimet reformationem per examen, & confessionem generalem, seque ipsum introspiciat, expendẽdo statum animæ suę, & vocationis tam singulare donum agnoscendo, quæ tam arctè pariter quemq. obligat ad diuinæ maiestati pro virili parte respondendum; operæpretium erit aliquot horis meditationi, & orationi, præter pij alicuius libelli lectionem, impensè vacare: atque in eum finem vsui esse poterunt nonnullæ Meditationes, quas hac de re P. Franciscus Borgia fęl. mem. scriptas reliquit, aut id genus aliæ, quas Superior, vel Præfectus spiritus fini, quem intẽdit Societas, profuturas iudicauerint.



SE-

SEXTA INSTRVCTIO

Pro Iunioribus Schola-ſticis.

1 IVNIORVM Scholaſticorum educatio cùm primum ad Seminaria, aut Collegia venerint, vti ex prima ſui inſtitutione cępta Anno 1600. & iuſſu Præpoſiti Generalis inducta; ita nunc auctoritate Sextæ generalis confirmata, omnino ea eſſe debebit, vt ſeorſim à cæteris ad formam ſecundi anni probationis, quæ olim in Collegijs fiebat, tum in habitandi, conuiuendiq; ratione, tùm in cæteris, in quibus iudicio Prouincialis commodè diſtinctio ſeruari poterit, ſeparatio fiat. Ad quem Iuniorum locum intelligant omnes ſibi minimè licere (niſi prius ab vno Rectore facta poteſtate) accedere; quemadmodum neque illis ab eodem egredi abſq. eius licentia qui curam gerit: niſi cum ad res conſuetas domus peragendas ſignum datur.

Qualis debeat eſſe Separatio

Decr. 30.

a Por-

2 Porro tempus etsi perdifficile erit certum quoddam præscribere, quo iuuenes seorsim à cæteris conuiuant, tum ob ætatem, tum ob spiritualem indigentiam, quæ diuturniorem, breuioremue subinde postulant dilationem; tamen vt minimum biennij spacium esse oportebit: quod protrahere, prout in Domino, & Societatis bono, & Fratrum nostrorum expedire iudicauerit, Prouincialis erit: qui vti quamprimùm monendus erit peracti temporis ab eo, qui curam gerit; ita minimè patietur, vt alij, quantumuis graues Patres, intercedendo sese insinuent; neq; ante expletum biennium, quamuis firmi, ac stabiles in vocatione, ad docendum in scholis educantur.

Tempus biennij.

3 Horum autem cura, & Instructio, etsi ab ipso Rectore Collegij, sicut & aliorum, tota pendebit; nihilominus per alios exercenda erit: quorum primus quasi Præfectus spiritus in eo promoueat ac dirigat; alter, tanquam Minister, in regulari disciplina contineat, ac de necessarijs prospiciat: nisi ob numerum grandiorem tertius videretur addendus Coadiutor. Nam Ministro totius Collegij minimè visum est expedire illos subijcere; cùm, posita separatione, peculia-

Per quos regendi.

lia-

liarem, ac diuersam quodammodo esse oporteat gubernandi rationem; nisi forte in illis corrigendis, puniendisq. cùm aliquid extra definitum locum contra Regulas peccare intellexerit.

4 Prioris partes quamuis in Regulis Præfecti spiritus satis superq. explicentur, ex quibus eos iuuari oportebit; tamen eæ erunt præcipuæ, vt peculiarem eorum curam gerat iuxta directionem, potestatemq. sibi à Rectore factam, a quo vno in hoc munere pendebit; proindeq. adnitendum illi erit, vt quintodecimo minimùm quoque die illos alloquatur, audiat, instruat, formet, prout spiritualis necessitas postulauerit; licebitq. poscentibus eas pœnitentias imponere, cæterasq. mortificationes, quæ vulgares sunt, quæue deuotionis gratia à Nostris suscipi in refectorio consueuerunt; publicis reprehensionibus, ac disciplinis exceptis, nisi secus Rectori visum fuerit, Partes Præfecti.

5 Posterioris verò, qui Sacerdos plurimùm esse debebit, munus erit, Rectorem ad exteriorem gubernationem iuuare in ijs omnibus, quæ ab eodem præscripta fuerint: à quo item vno tanquam suum instrumentum, & non ab alijs pendebit: qui cum vitæ exemplo, tum prudenti cum charitate, & amore dirigere Munus Ministri.

eos

eos iuuenes debebit in Religiosa disciplina exactè seruanda.

Catalogos officiorum conficiet, & distribuet.

6 Quare eiusdem erit catalogum officiorum, exercitiorumq. quæ ab illis in Collegio fieri oportebit, ex Rectoris præscripto conficere; diesq., ac tempora in culina, ac Refectorio inseruiendi ex condicto cum Ministro designare: curabitq. ne quidquam Fratribus desit, siue ad vestitum, & habitationem, siue ad cętera necessaria pertineat, Rectore consulto.

Necessaria comparet.

Ad Superiores, & Magistros dirigat.

7 Cùm quis ex Nouitiatu ad Collegium primum venerit, statim ad Prouincialem, & Rectorem ipse dirigat; ex eiusdemq. præscripto ad studiorum Præfectum, vel Magistrum, si periculum de litteris faciendum erit; libris, ac necessarijs comparatis. Memineritq. eorum omnium, qui ad Collegiũ venerint, de numero Ministrum Collegij docere.

Recreationibus intersit.

8 Versetur vnà cum ijsdem in recreationibus, quæ in vinea, aut domi fiunt, in loco à Rectore præscripto; a quo sine eiusdem Patris facultate non abscedent: sintq. minimum terni: quotquot cùm foras eundum erit, egredi domo oportebit. curabitq. quoad eius fieri poterit, vt Coadiutores quoque Nouitij intersint, & in spiritu iuuentur.

In recreatione terni & cum foras eũt.

9 Quam-

9 Quamuis de singulis ab eo monendus erit Rector, quin,& singulis quibusq. mensibus, ac sæpius, (si sic eum velle intellexerit) quemadmodum quisq. se gerat, nisi res ipsa quamprimum fieri docebit; leuiores tamen defectus, & quotidianos Ministro totius Collegij deteget, vt in Refectorio pœnitentias iniungat. Facultatem quidem accipiendi dandiq. mutuo minima, atq. inter se de rebus necessarijs loquendi dare poterit, si Rector non abnuerit; Cæterum Magistros, cæterosq. alloquendi, qui Superiores non fuerint, vel domo egrediendi, siue ad ianuam eundi, potestatem ipse non faciet sine Rectoris consensu; à quo, & diuisionem personarum in cubiculis, & rationem mutuo inter se sociandi (nam alios comitari minimè licebit) cum egrediuntur domo, accipiet, vt executioni mandet. Porro ex ijs non erit difficile eorum Regulas describere.

Qui defectus Rectori, & Ministro aperiēdi.

Quas facultates dare poterit.



SE-

SEPTIMA

INSTRVCTIO

Pro ijs, qui in prædijs, aut villis morātur, cùm à ſtudijs feriatur.

P.4.c.13. Finis recreationum.



VONIAM vt aſſiduitas in litterario exercitio, ita & aliqua remiſſio neceſſaria eſt; ne dum abſque aliqua relaxatione vel cōueniente recreatione labores ſtudendi nimium protrahuntur, corpus detrimentum patiatur; operæpretium viſum eſt Patribus rationem quandam eſſe præſcribendam, quo religiosè fiat. Idcirco enitendum erit Superioribus, vt quæ intermiſſiones à ſtudijs ad nouas vires ſumendas inſtitutæ ſunt, quò alacriores ad eadem reuertantur, ita peragantur, vt & corpori recreationem pariant, & vires, & ſpiritus ardorem minimè extinguant. Quare hæc pauca in vniuerſum præſcribenda viſa ſunt.

Decr. 57. §. 8. Sextæ Cōgr.

Quomodo religioſe peragendæ.

Aedes recreationis accōmodæ, & clauſura ſit.

Primum, Vt cum in aliquod prædium ſecedendum erit, animos relaxandi gratia, minimè eò mitti debeant Noſtri, niſi

nisi peraccommodæ, ac sufficientes ædes habitationi sint; in quibus & Superior, qui præsit omnibus, & obseratæ fores sint, ne liber sit exitus, nec desideretur religiosa disciplina.

2 Vt spiritualia exercitia examinum & orationis minimè prętermittantur: vtpote res eo quidem tempore pernecessariæ. Oratio, & examen.

3 Vt nullus, eo præsertim tempore, externorum villas, licet propinquorum, adeat; nisi graues ob causas Prouinciali videretur esse alicui concedendum. Villæ externorũ ne adeantur. Ex Dep. pro renou. spiritus.


4 Qualis verò hæc esse debeat recreatio, & quamdiu duratura (nam vltra quindecim dierum spatium non erit procedendum) qualeue genus exercitij, aut ludi, prudenti considerationi Prouincialis, expensis personarum, locorumue circumstãtijs, habita ratione ædificationis relinquitur: cuius erit singularem quandam directionem in huiusmodi recreationibus suę Prouinciæ accommodatam conficere. Singularia Prouincialis expẽdet. Ex Decr. 57. Congr. 6.

OCTAVA INSTRVCTIO

Pro Superioribus,& ad regimen ſpectantibus.

CAPVT PRIMVM.

Ex Dep. pro Superiorib. instituendis Conferẽtiæ ſingulis annis habendæ

1 ERVANDA erunt Superioribus fusè p̃ſcripta in Induſtrijs, & in veteri Inſtructione pro Superioribus; quæ abunde sufficerent, ſi mandata exequerentur, vt ſuo munere fungantur. Proinde ſingulis annis habendas curent conferentias de Superioribus formandis, inſtruẽdisq. iuxta ordinationem datam in prædicta Inſtructione cap.1.

Ex ead. Socius Prouincialis ſcribet quotannis.

2 Socius Prouincialis præter ordinarium ſcribẽdi munus Conſultoris Prouinciæ, ſemel quotannis certiorem faciat Præpoſitum Generalem, quemadmodum ſuas Regulas Prouincialis obſeruet, cæterasq. Ordinationes executioni mãdandas curet,& vt fructuosè ſe gerat in obeunda Prouincia. Quod ſanè eò cæ-

teris Confultoribus melius præftabit, quò propius reliquis res ipfe videt.

3 Futuri Superiores antequam gubernationem adeant, fi nunquam gubernauerint, per duos minimum menfes, rebus alijs neglectis, inftruendi funt de fpirituali, & iuxta Inftituti noftri rationem modo gubernandi. quo tempore percurrant omnes diligenter, & attentè legant Conftitutiones, Regulas, Ordinationes, Induftrias, Inftructionem pro Superioribus, & Priuilegia; vt rectè percipiant, & edifcant; quæq. non benè intellexerint à Prouinciali percontentur: cuius erit illos in hoc Iure noftro erudire, noftriq. Inftituti intelligentes reddere. Quin neceffe erit hac vice Superiores omnes percurrere Regulas, Ordinationes, &c. cum attentione, & reflexione; & poft in Vifitatione Prouinciales inquirant, an legerint; facto periculo quàm benè illas calleant, & in promptu habeant, Præpofito Generali admonito. *Ex eadē. Ante gubernationē inftruendi.*

4 Miniftri, in magnis præfertim Collegijs, nec valde iuuenes præficiantur, nec abfq. confultatione: qui & inftruendi primùm erunt à Prouincialibus, deinde à Præpofito vel Rectore in decurfu minifterij: ijq. fint, quantum fieri poterit, qui *Ex eadē. Quales & quomodo inftituēdi Miniftri.*

aliquando Rectoris officio fungi possint.

Ex eadẽ, Ministri potestas qualis. 5 Minister, etsi Superior quidem est, cui subesse oportet omnes, qui in Domo sunt, aut Collegio; nullam tamen habet ordinariam auctoritatem, nisi eam, quam Præpositus vel Rector eidem communicauerint, iuxta Regulam primam sui officij: quamuis ea conferri deberet potestas, quam expedire iudicauerint ad rectam gubernationem, personarum talentis expensis. Et idcirco nulli potest in virtute obedientiæ pręcipere, cùm id proprium sit Superioris totius Domus: Etsi Coadiutores siue alij, qui Ministro clarè dicant, Nolo facere, etiam ipso non imponente præceptum, incurrunt quartum casum reseruatum, inobedientiæ expressæ, qua quis asserit se nolle parere.

Instructione pro casibus reseruatis.

Ex eadẽ. Quando Prouincialis designet Viceprouincialem. 6 Ex vi huius Ordinationis permittimus Prouinciali, iuxta regulam decimam sui officij, vt sicut in absentia, vel in periculo vitæ constitutus, nominare Viceprouincialem potest, si Generalis neminem designauerit, ita & in longiori, aut grauiori morbo designare possit eundem, auditis prius Consultoribus, ac post Generali Præposito admonito.

7 Præterea concedimus, vt Confessarij Superiorum absente Prouinciali (idemq.

(idemq. iudicium erit de Prouincialis Confessario) possint cum ipsis dispensare in cibis vetitis, in horis Canonicis, in Irregularitate, & similibus, eodem plane modo, quo Superiores cum suis Inferioribus.

In quibus Confessarij Superiorũ dispensent.

CAPVT SECVNDVM.

De formandis Præfectis rerum spiritualium.

1 SERVETVR Instructio 20. de ijsdem instituendis; fiatq. quotannis id quod §. 5. eiusdem Instructionis præscribitur; nimirum, vt cum suis Consultoribus, alijsq. grauioribus Patribus delectum habeat eorum, qui præter cæteros idonei iudicabuntur, qui ad id munus destinentur, exercebitq. prout res ipsa postulauerit.

Seruetur Instructio.

2 Ne huiusmodi Præfecti Seminarijs ac primarijs Collegijs, ac Domibus sine præuia, & matura consultatione præficiantur; exacteq. seruetur §.14. eiusdem Instructionis, de quotannis Generali Prępposito monendo, quosnam ei muneri in maioribus præsertim Collegijs præfecerint.

Ne sine consultatione pficiantur.

NONA

INSTRVCTIO

De manifestatione delicti Superioribus facienda.

CAPVT PRIMVM.

Ex D.48. Congr.6.

Circa Reg. 9. & 10. Summarij desumptam ex c.4. Exa.§.4.



D maiorem in spiritu profectum, & præcipuè ad maiorem submissionem, & humilitatē propriam, contentus esse quisque debet, ut omnes errores, & defectus ipsius, & res quæcunque, quæ notatæ in eo, & obseruatæ fuerint, Superioribus per quemuis, qui extra confessionem eas acceperit, manifestentur.

Regula Summ. 9.

Boni etiam omnes consulant, ab ijs corrigi, & ad aliorum correctionem iuuare; ac manifestare sese inuicem sint parati debito cum amore, & charitate, ad maiorem spiritus profectum; præsertim vbi à Superiore, qui eorum curam gerit, fuerit ita præscriptum, aut interrogatum ad maiorem Dei gloriam. Reg. Sũm. 10.

Primo decretũ est, licere omnibus manifestare Superiori, vt Patri, quodcunq. delictum alterius, siue leue sit, siue graue; & hunc esse intellectum Regulæ. Ex D. 49. Congr. 6. Vt patri quodcũq. delictum manifestatur.

2 Cum illo capite 4. Examinis proponatur omnibus, & interrogentur, An contenti sint futuri, vt omnes defectus, & res quæcunque, quæ in eo notatę, & obseruatæ fuerint, Superiori manifestentur: Eo ipso Nostros cedere cuicunque iuri famæ, quod huic manifestationi obstare possit; & potestatem fieri omnibus deferendi ad Superiorem quæcunque, etiam grauia, quæ de illis notata fuerint: quandoquidem ratione maioris humilitatis, Cedimus iuri nostro. Ex eodẽ Decr.

 & pro-

& profectus spiritualis, & vt à Superiore melius cognosci, dirigi, iuuariq. possint, ipsimet expresse concesserint, & iudicauerint id sibi magis expedire ad maiorem Dei gloriam, & bonum animæ suæ.

Regula intelligẽda de omnibus etiã grauioribus.

3 Cùm in eodem loco non solum de defectibus, sed etiam de erroribus, & quibuscunque alijs rebus, quæ in ipso notatæ, & obseruatę fuerint, fiat expressa mentio; non esse dubium quin de omnibus delictis grauioribus sermo quoq. sit.

Ex eod.

Interpretatio verborum regulæ *(per quemuis qui extra confessionem.*

4 Verba illa Regulæ; *(per quemuis, qui extra confessionem eas acceperit,)* intelligi de illis, quæ ab aliquo alio in eo notata, & obseruata fuerint; nòn autem de ijs, quæ ipsemet secretò, & consilij petendi gratia, vt dirigatur, vel iuuetur, cum aliquo communicauerit. Si quando autem ob aliquas peculiares, vel graues rationes dubitauerit consiliarius, num debeat manifestare Superiori rem eo modo secretò acceptam, consulat tũc diligenter Doctores; vt in re tanti momenti prudenter, eaq. qua decet cautione procedere possit.

Ex eod.

Præsertim vbi à Superiore

5 Necesse non esse in hac manifestatione expectare, vt hoc illi à Superiore iniungatur, vel interrogetur; cum verba illa Regulæ *(præsertim vbi à Superiore, qui illorum curam gerit, fuerit ita præscriptum)*

satis

ſatis declarent, paratos eſſe oportere ad hanc manifeſtationem, non expectato Superioris præſcripto.

6 Quod verò ſubiungitur (*Debito cum amore, & charitate,*) ſic accipi oportere, vt qui manifeſtat, non debeat aliquo inordinato affectu duci; vt alius ſcilicet confundatur, mortificetur, puniatur; ſed ex affectu charitatis: vt videlicet ille melius iuuetur in ſpiritu, periculis à Superiore occurratur, bono communi proſpiciatur: atque ita manifeſtans ſeruet eum modum manifeſtandi in verbis, in narratione, in intentione, qui amorem & charitatem præ ſe ferat.

Ex eod. Debito cum amore.

7 In delictis, quæ vel in detrimentum boni communis, vel in damnum imminens tertiæ perſonæ vergunt, qualia ſunt infectiua aliorum, & nociua bono Religionis, vt ſunt lapſus carnis cum tertio, ſeminatio diſcordiarum inter fratres, furtum, impugnatio, vel machinatio contra Inſtitutum, aut Superiores, præſertim verò Generalem, conſuetudo detrahendi, ac ſuſurrandi, & his ſimilia; non ſolùm poteſt, ſed etiam tenetur quiſque immediatè vti denunciatione paterna, manifeſtando illa Superiori; vt ſecreto, ac prudenter tam bono Subditi, quàm Religionis proſpiciat.

Ex eodem Quando vtendum denunciatione paterna.

8 Quan-

Ex eod. Quando iudicialis denunciatio facienda.

8 Quando verò prudenter iudicaretur, non posse adhiberi sufficiens remedium, quo bono communi, vel tertię personæ prouideatur, nisi assumatur in ea re persona Iudicis; tunc tenebitur subditus ad iudicialem denunciationem Superiori faciendam.

CAPVT SECVNDVM.

Qua ratione in denunciatione paterna se gerere debeat Superior, vt pater; tam in seruando secreto, quā in alijs, quæ ad remedium adhibendum pertinent.

Ex D 5o. Congr. 6. Deferens nulli reuelandus.

1 EA ratione secretum seruare debet Superior, vt Deferentem nulli reuelet sine eius consensu, quem interdum is dare tenebitur: ita vt semper Superior omnimodè indemnitati Deferentis consulat.

Ex eod. Quando delatus reuelandus.

2 Delatum nemini reuelare debet, qui prodesse non possit fini, quem denunciatio paterna intendit; qui est profectus spiritualis subditorum, & bonum commune Religionis: quibus Superiorem necesse

necesse est paternè prouidere. Quare sine vrgenti necessitate,& magna vtilitate pertinente ad dictum finem, & cum eo minore detrimento quo possit famæ delati, nunquam debet manifestare delatum. Quando verò ob fines, & rationes allatas existimat reuelandum esse; tunc ijs tantum manifestare oportebit, qui remedio adhibendo prodesse poterunt.

3 Habita ratione finis denunciationis paternæ, non solum potest Superior ipsum delatum aliquando monere, & secreto corrigere coram duobus testibus, vt ex Euangelio cum S. Thoma docent Doctores; sed etiam consulere de remedio, imponendo secretum ijs, quibus cum communicat. Quin etiam poterit vnus Superior rem sic delatam, & cognitam alteri Superiori eiusdem delati dicere, quando res ita postulauerit ad finem paternæ delationis.

Ex eodem **Quando monēdus & corrigēdus delatus.**

4 Cùm autem possit, & liceat de ea re eos consulere, quibuscum expedit pro remedio, & cum secreto; vt maiore cum cautione procedatur, quando consultatio videretur necessaria, petatur deferentis consensus, quem ille dare debebit; ita tamen, vt in consultatione, deferentis nomen taceatur,& res, quoad eius fieri poterit, in vniuersum tractetur. Porro

Ex eodem **Quando consilium petēdum & quomodo.**

Non eſt à deferente exigenda ſubſcriptio.

rò Superior minimè à deferente petere debebit, vt ſuo nomine rem delatam ſubſcribat; cùm ea ſubſcriptio tantum iudiciali denunciationi deſeruiat.

Ex eodem
Quæ Superior circa delatũ præſtare poterit.

5 Licet etiam Superiori ob prædictum finem ſecretò peragere quæcunq; iudicauerit expedire ad remedium, profectumq. delati, citra eius infamiam; nimirum priuatim monere, reprehendere, terrere minis, diligenter circa illum inuigilare, mutare loco, occaſiones anteuertere, præcauere à recidiuo, nõ admittere ad aliquod officiũ, ab eodem remouere ſi quod habet, ſi ſine violatione ſecreti, ſub alia apparẽti ratione, & probabili id præſtare poſſit.

Ex eodem
Etiam leues defectus publicè corrigere poterit.

6 Poteſt etiam Superior nonnulla ex ita delatis, & cognitis manifeſtare in publicis Refectorij reprehẽſionibus; vt ſunt defectus leues, & communes Subditorum, imponendo pœnitentias ordinarias, iuxta praxim communem Societatis; dummodo ipſi delato infamiam alicuius momenti non inferat; & quad eius fieri poterit impetrato deferentis conſenſu, & absq. eiuſdem detrimento.

Ex eodem
Quomodo ad dimiſſionẽ deſcẽdet

7 Deniq; licebit interdum Superiori ex ita cognitis, & ad ſe tanquam ad patrem delatis deſcendere ad dimiſſionem delati è Societate: ita, vt quamuis vtatur, & adiuuetur ea notitia, non eo tamen

men modo procedat, vt talis defectus vel in specie, vel in genere in aliorum cognitionem deueniat; sed alias, alia via cognitas, notas illi opponat, quæ ad illum dimittendum aliorum iudicio sufficere videantur. Aut certè nihil tale dicat; neq; occasionem aliquam det credēdi, quod dimissio fiat in pœnam delicti, quod omnino secretum est, nec alia via, quàm paternæ denunciationis scitur.

8 Cæterùm hæc doctrina de manifestatione delicti minimè noua videri debet, cum inter cætera Iulius II. in Statutis Franciscanorum fateatur damnandum esse dogma illud, quod habet, Religiosum criminis socium non teneri ad denunciandum illud Superiori: & in Constitutionibus generalibus Farinerij Ordinis Minorum cap. 7. refertur, In quodam Capitulo generali, à Sancto Bonauētura statutum quoddam in hæc verba conditum fuisse.

Ex eodem vnde hæc doctrina de manifestatione desumpta.

Nullus Frater dogmatizet, vel teneat, quòd cùm aliquot sunt socij in crimine, non teneatur alter alterum Superiori reuelare, qui potest, ac debet prodesse, & animarum periculis præcauere: Nam ex sententia Bonauenturæ, Magistrorum Ordinis, ac totius Capituli generalis definitum est, hanc doctrinam perniciosam esse, & in destructionem

Ordi-

Ordinis, & Regularis disciplinæ excogitatam; cùm Prælatos nosse oporteat Subditorum excessus, non solum, vt puniant, sed vt præcauere possint.

Ex D. 51. Congr. 6. Nouitijs declaranda.

9 Postremò decretum fuit, vt hoc ipsum quod de manifestatione delicti sancitum est, ostendatur Nouitijs; declareturq., iuxta Reg. 15. Magistri Nouitiorum, inter alia, quæ ipsis explicanda, declarandaque paulatim ibidem esse dicuntur.



DECIMA INSTRVCTIO

Pro executione vrgenda.

Ex D. 53. Congr. 6. Fiat catalogus eorũ quæ Superiori bus præstanda sunt.

1 AD faciliorem notitiam eorum; quae Superiores scire cõuenit; vt ea exequi possint, operæpretium visum est conficí Catalogum eorum, quę Superioribus, tum Prouincialibus, tum localibus præstanda sunt; vt omnia siue ex Regulis, siue

ex

ex Ordinationibus compendio collectæ memoriæ subsidio sint.

2 Proderit ad eandem notitiam, vt Superiores cum suis Consultoribus tempore ordinariæ consultationis singulis hebdomadis vnà perlegant aliquid ex regulis, vel Ordinationibus, vel Instructionibus, & similibus.

Ex eod. Quid singulis hebdomadis vel alternis.

3 Singulis quibusque mensibus legi oportebit in consultatione memoriale earum rerum, quæ à Prouinciali, vel Visitatore executioni mandandæ relictæ sunt; tum ne memoria excidant, tum vt suo tempore à Consultoribus moneri possit Prouincialis de executione. Ideoq. eisdem, quemadmodum & Admonitori, communicandum erit eiusmodi memorialis exemplar, ijs expunctis, quæ particulares personas attingunt. Cæterùm enixè commendatur Visitatoribus, ac Prouincialibus, vt à nouis Ordinationibus absq. necessitate multiplicandis abstineant, easq. relinquant, quæ facile executioni mandari possint; eæq. non nisi primum Superioribus, ijsq., qui iudicium ferre poterunt, ostensæ, iuxta Reg. 134. Prouincialis. Expedit enim ob difficultates, quæ ex ipsis Ordinationibus oriuntur, præsentem potius audire, quàm absentem; & expungere, si quæ expungendæ

Ex eod. Quid singulis mēsibus.

Quibus memoriale cōmunicādum.

Ne Ordinationes multiplicentur.

Superiores primū audiendi.

dæ

dæ erunt, vel Superiorem, cæterosq. capaces reddere, & ad executionem cohortari.

Ex eod. De quibus ad Prouincialẽ scribant Cõsultores.

4 Formanda aliqua capita, de quibus Superiores, & Consultores suis temporibus ad Prouincialem scribant, ne in scribendo in incertum vagentur, eaq. negligant, de quibus necessario esset Prouincialis monendus: hæc autem desumi poterunt ex Instructione Decimaoctaua pro Consultoribus.

Ex eod. Agatur in consultatione de executione.

5 Superioribus localibus præscribitur, vt semel in mense, prima videlicet hebdomada, pro ordinaria consultatione agatur de executione: scilicet, an aliquid domi sit quod negligi videatur: an vigeat regularum obseruatio tam communium, quàm officialium: an notetur aliquarum frequens transgressio: an Superiorũ Ordinationes executioni mandatæ sint, præsertim earum quæ in memoriali relictæ sunt à Prouinciali; quæ eodem ipso tempore legendæ erunt, si nondum executioni mandatæ fuerint. Porro de hoc capite specialiter, & disertè scribant ad Præpositum Generalem, & ad Prouincialem Consultores.

Scribant de hac re ad Generalẽ consultores.

Ex eod.

6 Principio cuiusq. mensis instituat Prouincialis cum suis Consultoribus cõsultationem, in qua inquirat quemadmodum

dum ſe habeat totius Prouinciæ diſciplina, quid de ea ſciatur, quid audiatur, quid ipſemet Prouincialis à Rectoribus, eorundemq. Conſultoribus acceperit. An verò huiuſmodi conſultationes fiant, quo fructu, ac ſatisfactione, monendus erit Præpoſitus Generalis à Conſultoribus, cum ad eundem quater in anno ſcribunt. Quid præſtandum Prouinciali ſingulis mẽſibus.

Quare ad faciliorem vſum, perſcribi oporteret nonnulla capita ſingulis menſibus in Conſultationibus examinanda: ijs magis inhærendo, quibus nondum plenè ſatisfactum videtur; præſertim circa abuſus, ſi qui in Prouincia ſint.

7 Adnitendum Prouincialibus pro viribus, vt ſibi Superiores locales deuinciant; & amanter, confidenterq. cum illis agant; oſtendantq. ſe de fælici illorum gubernationis ſucceſſu, & auctoritate apud Subditos tuenda eſſe ſollicitos. *Ex eodem* Prouincialis Superiores tueatur.

8 Vt examinentur diligenter querelæ Subditorum contra Superioris rigorem, ad ſingulares caſus deſcendendo; ne rigorem appellare conſueſcant Religioſam diſciplinam à Subditis velle exigere, & exactam Regularum obſeruationem: perpendaturq., cur de nonnullis Superioribus raræ admodum interdum obaudiantur querelæ; an quia, licet fortes in diſciplina, ſuaues tamen ſunt; an *Ex eodem* Subditorum querelæ examinandæ

verò quia remissi, & indulgentes, quique neminem contristare velint, vt in pace viuant.

Ex eodem Cautè delationibus credendum.

9 Vt mediati Superiores non ita facile credant delationibus; expendentes & rationes,& excusationes quas afferunt Immediati: & vbi sine culpa fuerint inuenti, monendi serio à Prouinciali Delatores erunt, vt cautiores sint in posterum: curentq. vt Subditi intelligant,valde probari sibi zelum Superiorum in promouenda disciplina iuxta officij sui munus. Proinde Superiores mediati siue præsentes, siue absentes sint, nullam omittant occasioné immediatos ad executionem cohortandi, vrgendiq.: per quos pari ratione Inferiores omnes ad eandem excitandi erunt.

Hortandi omnes ad executionem.

Ex eodem Pænitentijs executio promouenda

10 Promouebit non parum executionem, si vigebit disciplina, & vsus reprehensionum, aliarumq. pœnitentiarum in transgressores legum, præsertim negligentes paterna monita, seruato ordine in regula 20. Præpositi, & 27. Rectoris præscripto: ita vt omnino sibi persuadeant Subditi veniendum tandem fore ad extrema, dimissionem videlicet, si opus fuerit, quando cætera media nihil profuerint. Qui sanè regularis obseruantiæ rigor vniuersos attingere debebit

bit, vel antiquiores,& ſeniores ipſos; immo & Superiores, ſi officio ſuo defuerint, ad aliorum ædificationẽ, & ſatisfactionẽ, & quò liberius executionem promouere queant. omnesq. intelligant, nullam ſibi ininriam fieri, aut notam aliquam infamiæ inuri, ſi ob regulares defectus publicis pœnitentijs mulctentur.

Omnes etiam Superiores in religiosa disciplina continendi.

11 Cæterum cum executio potiſſimum poſita ſit in opere ipſo vrgendo potius, quàm in legibus ſcribendis; expedit, vt Viſitator, ac Prouincialis in ſuis viſitationibus ea, quæ remedio egere intellexerint, quippe liquidò regulis obuerſentur, neque moram patiantur, curent omnino ante ſuum è Collegio diſceſſum executioni mandare. quò fiet, vt maiore ſuauitate,& efficacia fiant, & Superiores immediati graui quadam moleſtia deonerentur; ipſiquemet incipient quæ ſunt muneris ſui exequi, minimeque ad Prouincialis aduentum medicinas malorum præſtolari. Quæ verò ſtatim executioni mandari non poterunt, in memoriali, vt dictum eſt, notentur. Quod ſi in poſtera viſitatione Superioris culpa nonnulla neglecta fuiſſe deprehenderit, is minime impunitus abire debebit; ne Subditi offendantur, opinantes ea ſolùm fieri, quæ Præpoſito, aut Rectori arri-

Ex eod.

Præſente Prouinciali executioni mandanda ſunt.

Superiores remissi vel corrigendi, vel amouendi.

dent; cætera oscitanter negligi. Porro Superiores, qui continenter negligentes, ac remissi in Ordinationum executione fuerint, remouendi omnino erunt ab hoc munere, Generali Præposito præmonito; ne ipsorum nimia conniuentia religiosa disciplina penitus dilabatur.

Ex eod. Superiorum consensus in disciplina promouenda.

12 Postremò plurimum momenti habebit, si Superiores omnes Societatis cum Præposito Generali, & locales cum Prouinciali ad vrgendam executionem conspirent; ita vt omnes intelligant, sibiq. persuadeant, vnum, eundemq. in Societate animum esse in disciplina promouenda; neq. ad Superiores mediatos recursus in hac re quicquam prodesse posse. Eandemq. conspirationem in quolibet Collegio, aut Domo esse oportebit in Superiore cum suis Consultoribus, Admonitore, & Præfecto spiritus, alijsq., qui promouere possunt executionem; ita vt idem sentiant, & dicant omnes. Quod si antiquiores aliquos obloqui de ea contigerit, monendi serio, & coercendi erunt, si necesse fuerit, etiam publicis pœnitentijs, ne alios turbent, minusque suauem executionem reddant.

VN-

VNDECIMA

INSTRVCTIO

De promouendis ad gradus Societatis.

Ad caput III. de Examine in litteris faciendo hæc addenda.

1 NE examen doctrinæ perfunctoriè fiat, ſed ſeriò, & vt verè conſtet Præpoſito Generali de ſufficientia litterarum; proinde exactè ſeruanda curent Prouinciales, quę eodem capite præſcribuntur. Ne perfunctoriè periculum doctrinæ fiat.

2 Vt in libro quodam peculiari, penes Prouincialem aſſeruato, Examinatorum iudicia ſcribantur ſingulorum ſingula; die, & anno annotatis ab ipſo Prouinciali, vel ab eo, qui præerit examini; quamuis & ab vnoquoque Examinatore idem iudicium ſeorſim ſcribendum erit ad Generalem. Ii verò cùm iudicium de doctrina ferunt, vel ad Præpoſitum Generalem ſcribunt, ſolum de ſufficien- Examinatorum iudicia ſcribantur. Quomodo ferendum iudicium.

tia in litteris loquantur, tantane ſit, quãta in Conſtitutionibus requiritur; an, videlicet ſupra mediocritatem ſit, vel infra, vel in quo tandem gradu, iuxta formulam ſcribendi; minimè recenſitis ſuperfluis, aut concionandi, gubernandiq. talẽtis: de quibus in informationibus locus eſt agendi; & Præpoſiti Generalis erit diiudicare, ac diſpenſare, ſi neceſſe fuerit.

Ex Dep. pro ſtudijs **Aſſertionum materia, tẽpusq. aſſignetur.**

3 Etſi quatuor minimùm aſſertiones ex quatuor partibus S. Thomæ, & tres ex curſu Philoſophico, Logica ſcilicet, Phyſica, & Metaphyſica, quarum vnaquæq. tria membra ſaltem habebit, defendere debebit, qui examinandus eſt ad profeſſionem: tamen eæ eſſe debent huiuſmodi concluſiones; vt minimùm præcipuas Theologiæ, ac Philoſophiæ difficultates, & materias inuoluant: quæ ab ipſo Superiore cum Præfecto Studiorum examinando aſſignentur; cui quod ſatis ſit ſpatij neceſſe erit dare, ne imparatus accedat.

† †
†

DVO-

DVODECIMA
INSTRVCTIO
Ad Studia promouenda.

Ex Dep pro ſtud.



TSI aliâs ſæpe diuerſis ex cauſis literarum humaniorum ſtudium valde cōmendauimus; cùm minimè obſcurum ſit quantopere Dominus Deus noſter vel ab ipſo exordio Societatis noſtrę animarum auxilium, præſertim Adoleſcentium, hac ratione promouerit: nunc tamen, quando noua ſe offert occaſio, ex varijs Inſtructionibus inter cæteras hanc vnam pro ſtudijs confectam in Deputatione de hac re habita in Sexta generali Congregatione, ad Prouincias mittendi, nullo modo prætereundum viſum eſt, (ob varias querelas à Patribus compluribus habitas, quarum nos quoque nonnullas multò ante inaudiueramus; huiuſmodi litteras non ſolùm non florere, vt antea, in Societate, ſed alicubi etiam lan-

Cohortatio ad humaniora ſtudia promouēda.

guere apud Nostros,) quin iterum, maioremq in modum perhortaremur Superiores, in primis Prouinciales; vt omni studio excitare, atque accendere connitantur harum litterarum studium non solum in Nostris, verùm etiam in externis; quandoquidem certum est huiusmodi defectum oriri non tam ex perexiguo numero eorum qui possint, quàm qui velint se illis addicere; ac perleui etiam Superiorum propensione, & industria in illis, vt oportet, fouendis, promouendisq.

1 Quamobrem magnopere optamus vt Prouinciales omnes non solùm seruanda curent diligenter, quæ hac in parte in libro studiorum præscripta sunt, Regulis præsertim suis 18.22.24.26.29.38. atque in 8.9.10.11.& 20. Rectoris: sed reipsa ijdem ostendant sibi cordi esse hæc studia; plurimiq. eos facere, qui ea non vulgariter callent; vt eorum quasi patrocinio magis inflammentur, exciteturq. alij ad eadem alacriter amplectenda.

Plurimi faciãt Superiores hæc studia.

Causæ, & remedia quærẽda.

2 Vt in hoc quasi primo congressu Prouinciales cum suis Consultoribus, aduocatis ijs, qui diu multumq. in hac palæstra versati fuerint, seriò ac sedulò agãt de causis, deque auxilio ferendo. & sicubi forte minimè remedio opus fuerit, adnitendum illis erit, vt magis, ac magis pro-

promoueantur: curentq. vt post exactam executionem eorum, quæ in libro studiorum præscribuntur, si quid amplius occurrerit, quod non parum profuturum sperent tum ad styli comparationem, tũ ad authores exactè, & cum fructu legendos, periculum faciant, & ad nos mittant exemplum: quemadmodum Prouincialibus faciendum erit, cum singillatim quid hac in re præstiterint admonendi erimus.

Si quid Generali suggerendum.

3 Cæterùm ad hæc studia promouenda satis erit præsidij, si non solùm eos in Societatem admittant, quoad eius fieri poterit, qui probè ab illis instructi, paratiq. sint; verum etiam si pro viribus studebunt non vulgares ingenio, & ad cætera parum aptos ad hæc studia addicere: sed eos, qui præter vim ingenij, aliarum scientiarum præsidia, ac lucem habuerint. Quo fiet vt & hæc studia in pretio apud alios haberi incipiant, & quàm plurimi his in litteris hoc nomine nobiliores fiant: in quibus difficilius fortasse fuerit vel vnum quempiam inuenire, quàm non paucos in alijs scientijs, experientia hoc ipsum in dies edocente.

Quinam ad hæc studia applicandi.

4 Quandoquidem B. P. N. Ignatius inter cætera ad studia promouenda hoc vnum tanquam præcipuum, ijs præsertim qui

Part. 4. Loqui Latinè.

qui Humanioribus vacant, Latini sermonis vsurpationem esse voluerit; serio Superiores incumbere oportebit in exactã Regulæ communis obseruationem in 8. Rectoris libri studiorum explicatam: in qua cùm dicitur (*dies vacationum*) non generales studiorum feriæ intelligendæ sunt; sed hebdomadariæ tantùm, eorumq. dierum spatium, quibus commorabuntur in villis.

Quando vulgari idiomate loquēdū.

Reg. 19. *Prou.* §. 1. *lib. stud.*

Examen Logicorū semel fiat in Logica

5 Circa examen Logicorum nihil visum est immutandum; sed standum esse declarationi factæ à Præposito Generali Anno 1600. qua ad præcidendam querelarum, tentationumq. radicem, moderatio adhibita est, quam executioni mandari volumus. Ea autem fuit, Primo; Vt examen illud in Logica non fiat nisi semel, &, si necessitas cogeret, repetendum nonnisi ad conuincendum aliquem ineptum ad studia, vt suauius excludatur. Secundo, Hoc examine minimè excludendi sunt ab ijs studijs, nisi qui ad ea minus apti cernerētur, id est qui infra mediocritatem sunt. Mediocres autem sinantur pergere vsque ad finem cursus Philosophiæ: Qui si peracto cursu ostendant talenta saltem mediocria, pergant ad primum annum Theologiæ. Quòd si hoc decursu temporis eadem ostenderint,

Quinam hoc examine à studijs excludendi.

rint,

rint, eandemque ſpem promiſerint, ſecundus annus concedendus erit, vltra quem progredi minime licebit. Porrò talenta mediocria ſunt, mediocriter ſe habere in concionandi, gubernandiue munere, quemadmodum in officio Præfecti rerum ſpiritualium, aut ſocij Magiſtri Nouitiorum. Cætera vt in libro ſtudiorum.

Quænam taléta mediocria.

6 Etſi cum ſiue totius Theologiæ, ſiue partis alicuius theſes defendēdæ ſunt, ſatis ſuperq. videantur eſſe Magiſtrorum, ac Præfecti ſtudiorum iudicia, quibus diſcipulorum doctrina perſpecta eſſe debebit; tamen ſi iuſtas ob cauſas Prouinciali videretur eſſe alius adiungendus, idq. commodè fieri poſſit, permittimus eius arbitrio; dummodo is ſit, qui & iudicium de doctrina tutò ferre poſſit, & eos, de quibus iudicandum eſt, probe nouerit.

Regul. 7. Præfecti ſtud.

Ad actus Theologicos ſtatuēdos alterius iudicium ad Magiſtrorum, & Præfecti adiungi poteſt.

7 Curandum inſuper eſt, vt Theologi, & Caſiſtæ Scholaſtici in caſibus conſcientiæ maximè inſtructi ſint, cùm minimè obſcurum ſit, quàm res perneceſſaria ſit Operarijs Societatis. In quam quidem rem vehementer cupimus à Superioribus diligenter incumbi; vt fructus re ipſa conſtet, ratione ad eum conſequēdum ab ipſis excogitata. Quamuis abundè

Caſus cōſcientiæ commendantur.

Regul. 14. Prou. & Regul. 7. Prof. cōsc.

dè satis nobis prospectum videatur, si hebdomadaria casuum collatio in primarijs Collegijs iuxta Regulam Prouincialis in libro studiorum diligēter habeatur.



TERTIADECIMA

INSTRVCTIO

Pro Visitatione Prouincialis

Ex varijs Regulis, Ordinationibus, & Instructionibus collecta.

Ex Deputat. pro Superioribus.

Quemadmodum se gerat Prouincialis in obeunda Prouincia cùm fructu: deq. eiusdem statu Præposito Generali aperiendo.



CVM sit valde proprium Prouincialis officij Prouinciam obire, præter ea quæ habentur cap. 9. 12. 14. & 15. & ibidem Reg. 29. & 69. Ne quid eorum prætereat, quæ sui muneris sunt,

sunt, & vt Generali Præposito, vti par est, status totius Prouinciæ innotescat, hæc in visitatione præstanda illi erunt,

Primo legat oportet, dum Prouinciæ suæ loca visitat, ex Instructionibus singulas cum singulis ad quos spectant, præter proprias regulas officij cuiusq.; scilicet pro Prefectis spiritualibus formandis, pro Concionatoribus, pro Confessarijs, pro Missionibus, pro Nouitijs cum eorum Magistro, pro tertium annum agentibus cum Instructione. Præterea coram Rectore, Ministro, & Confessarijs Instructionem pro Confessarijs, de ratione scribendi, de renouatione spiritus, pro Coadiutoribus, pro annuis colligendis, & pro Scholasticis, vbi eorundem est Seminarium; proderitq. non parum in primo congressu litteras ad Superiores datas anno 1604. die 20. Augusti, quæ postremæ sunt in impressis, percurrere. *Ex Instr. pro Superiorib. c.1.* Quæ Instructiones in visitatione, & cũ quibus legẽdæ.

2 In Vniuersitatibus, præter Regulas officij sui capit. 6. percurrat item suas, quæ sunt in libro studiorum: cum Rectore Regulas eiusdem: cum Præfecto studiorum, & quas habet proprias, & quas communes Professoribus superiorum facultatum: & cum singulis eorundem singulas: deniq. cum Præfecto inferiorum facultatum regulas eiusdem, & commu- Quæ in visitatione Vniuersitatũ, & studiorum.

nes Professoribus earundem.

Quæ Ordinationes non seruantur

a. *Ordin. Gen. c.* 1.

b. *Instr. Sup. c.* 4. §. 4.

c. *Reg.* 92. *Prouinc.*

d. *Cap.* 15 *Indust. c.* 9

e. *Epist. N. P. pag.* 167

3 Intelligat, an ex Ordinationibus Generalium, quæ statuta sunt, de a. libris prohibitis, quæue circa monita ad Prouinciales, horam considerationis, b. intercessiones, & patrocinia præscripta sunt, quæq. c. in Formula Scribendi Superioribus, & Consultoribus præscribuntur, seruentur. d. Interroget quoq. num aliquid contra Canones 12. 13. 20. Quintæ Congr. generalis commissum sit: e. An in sua, vel aliena Prouincia quispiã sit, qui malo vitæ exemplo, vel doctrina cæteris obsit; moneatq. Generalem, quemadmodum ipsi Prouinciales ex Decreto Sextæ Congregationis tenentur.

Decr. 14. *Can.* 1.

Quid ipse præstabit

f. *Re. stud. Prou.* 14. 15 *& Occupat.* §. 2

g. *Reg.* 24 *Rect.*

h. *Instr. Visitat.* §. 27. *& Instruct. Super. pa.* 3. 1. § 2 & 3

k. *Cap.* 1. *pag* 2.

l *Pag.* 172 § 4. 5. 6.

4 Cognoscat an fiant f. conferentiæ Casuum, an g. exhortationes alternis hebdomadis fructuosè, & ad cor; an item h. conferentię de Instituto quintodecimo quoq. die inter Rectorem, Consultores, & quos Prouincialis designarit, & an ea de re ad Generalem scribant. Ipse verò nullum Collegium prætereat, quin semel saltem huiusmodi conferentijs intersit, vt illas dirigat. i. Porro Superiores instruat, iuxta præscripta in Formula de aptis ad gubernandum, in k. Instructione pro Superioribus, & in l. litteris ad Superiores impressis, & in Regulis Visitatoris

toris 24.26.27. 40.41. 42. & 43. m. sensimq. periculum faciat de ijs, quos ad regimen iudicabit idoneos. m. Reg. 29 offi. Prou.

5 Exigat ab aliquibus disciplinæ amantibus, bonoq. iudicio, ac prudentia præditis, quemadmodum Superiores in rebus n. spiritualibus se habeant; an passiones doment, & virtutes acquirant, num cum externis nimium occupentur: & ad exteriora sint nimium effusi: quàm seriò spirituali curæ, cultuique interno Subditorum vacent; politice ne, an paternè regant. De Præfectis itidem spiritualibus, quemadmodum suo munere fungantur, & an exemplo, & Instructione iuuent in spiritu. n. Instr. Visit. §. 41. 42. Quæ de Superioribus quærenda,

6 Congregationes, & Oratoria, quæ in nostris locis habentur, o. inuisat; eorumq. Regulas examinet, an seruentur, & an accommodæ sint ad illarum finem: idemq. de Academijs ex earum Patribus intelligat, quas habeant exercitationes: de fructu, deq. regularum obseruatione: à Præfecto verò atrij, vel scholarum Inferiorum p. cognoscat, tum Magistrorum, tum Scholasticorum externorum disciplinam. o. Regul. Prou. 103 De congregationibus, & scholis. p. Reg. 22 stud. Rect.

7 In Domo professa, vel in maximo Collegio quotannis consultationem instituat, aduocatis, præter suos Consultores De quibus consultet.

tores

tores, aliquibus antiquioribus Patribus, in qua de rebus maioris momenti pertractet; inter cætera, de q. promouendis ad gradus, de r. aptis ad gubernandũ, de satisfactione, quæ auditur de gubernatione singulorum Superiorum Prouinciæ: de Præfectis rerum spiritualium instituendis, & Seminarijs præfigendis: Denique de sacris initiandis, vel ad tertium probationis annum mittendis: & similibus.

q. Reg 69 Prou & form. promou. ad gradus. et Ordinat. Gen. p. 33 § 3.
r. Form. de his. §. 5. & 6.

Quæ legenda quotannis ad mẽsam.

8 Curet quotãnis singulis in Collegijs, ac Domibus ad mensam legi Bullam Clementis VIII. de muneribus, ante renouationem votorum litteras de renouatione spiritus, de perfectione, & charitate fraterna, de conseruatione Instituti, Regulas Scholasticorum, & Coadiutorũ temporalium; deniq. Generalia monita, quæ ab omnibus obseruari oportebit.

Quæ Socio committẽda.

9 Quæ verò per se ipsum minimè præstare poterit, Socio committat; ea videlicet quæ parui sunt momenti: iubeatq. ad se referre quæ dubia sunt, & quænam executioni mandauerit. Itaq. non exiguo onere à Socio leuari poterit, si temporalia, de quibus cap. 9. in Reg. Prouincialis; si archiuium, iuxta Reg. 19. 20. 21. si instrumenta itineraria communia Prouinciæ, vel alicuius Colle-

legij propria; si rationes accepti, & expensi; si officinas, & œconomiam domesticam, si an extent libri Ordinationum iuxta Instructionem Decimamsextam inspexerit: si colliget numerum Sociorum in Sodalitijs, Scholasticorum externorum, & ordinariorum pœnitentium: obseruabitq. vniformitatem consuetudinum in Prouinciæ domicilijs. Quoniam verò monere debebit Prouincialem de ijs, quæ dicuntur in Instructione pro Superioribus cap. 2. §. 3. eidemq. suggerere, si quæ forte ille præteriret ex spectãtibus ad suum munus; quò commodius id præstare possit, eius instructionis exemplum penes se habebit, eamq. singulis in Collegijs percurret, obseruando si quid obliuioni datur.

De quibus ad Generalē scribat

10 Meminerit etiam Prouincialis, sui esse muneris, quotannis scribere ad Præpositum Generalem de s. ijs, quos ad Sacros Ordines promouerit: quos t. Præfectos spiritus præfecerit, & quomodo se gerant; v. quos de defectibus cur promotio ad gradum differretur, scripto monuerit; cur tempus vel priuatim Sanctis Patribus legendis futuris Concionatoribus, vel x. tertij anni probationem aliquibus differri oportuerit; y. quemadmodum in hac probatione se gesserint;

s. *Instr. pro Ordinan.*
t. *Inst. pro Praef. spir.*
v. *Inst pro Prom.* 236
x. *Instr* 11. § 4. *et Instr.* 13 §. 3.
y. *Instru.* 13. §. 17.

z. Ordin Gen p 3. a. Instru. 23 §. 3. b. Form. de Prom. c. 3. §. 2. c. Reg 25. Prouinc. d. Instru. 3. §. 10.

z quinam libri prohibiti in Collegijs asseruentur; Vt a. Superiores in modo exigendi rationem conscientiæ se gerant: b. quos Examinatores Promouendorum ad gradum designauerit, vt à Generali confirmentur: c. quos Consultores, & Admonitores elegerit: d. num obseruetur Ordinatio de non visitandis fœminis: quomodo Superiores præstent, quæ habentur cap. 2. §. 2. Instr. pro Superioribus; vt e. conferentiæ pro formandis Superioribus successerint: tādem f. quinam remissi, ac negligentes in gubernatione sint. g. Præterea quotannis mittat ad Generalem Informationes ad gradus: sub h. finem cuiusque anni tertium Catalogum, & i. puncta pro annuis; catalogum etiam eorum, qui profectionem Indicam postulant, præmissa informatione status, ac talentorum quæ habent; speciatim necessitatis parentum, cum Iudicio eiusdem Prouincialis: Postremo K. tertio quoque anno Catalogos communes, & l. informationes ad regimem per Procuratorem mittat.

e. Inst. pro Sup. c 1. f. Inst pro Sup. c. 1. g. Form. de Prom. h. Form. scribendi § 26. & 34. i. Inst pro annuis. Quas informationes Romam mittet. *K. Form. scrib. l. Formul. de aptis. c 1. §. 6.* Quas litteras per

11 Peracta visitatione cuiusque Collegij, ac Domus, vel Prouinciæ, prout Prouinciali percommodum fuerit, ternæ illi erunt litteræ de singulis domicilijs ad Generalem scribendæ; vt, iuxta Reg. 92. sui

ſui officij, Præpoſito Generali aperta ſint omnia. Primæ quidem perſonas ipſas attingent, talenta, moresq. deſcribentes, tum Superioris an ſpiritualis, an ſuauis, & fortis in gubernandi ratione an politicus, & an in illo munere retinendus, an amouendus: tum Subditorum, quinam illi ſint, ſpiritualesne, obedientes, an diſcoli; quæ miniſteria obeant, quo fructu, & qua ſatisfactione. Alteræ ſtatum ſpiritualem Collegij, vel Domus indicabunt, an vigeat regularum obſeruatio, an langueat, & quinam frequentes defectus, quæ cauſæ, quæ remedia adhibita; idemq. erit iudicium de miniſterijs noſtris, rectene obeantur, quo fructu, qua frequentia. Tertiæ deniq. temporalem ſtatum oſtendent; nimirum quot alantur, quibus redditibus, ſiue eleemoſynis, & an ære alieno grauentur, & quomodo occurrẽdum. Quæ omnia cõpendio explicari oportebit. acta viſitatione ſcribat.

ELENCHVS

Decr. 53. Congr. 6.

Eorum, quæ Prouincialibus præstanda sunt.

Ex Regulis, Decretis, Ordinationibus collectus, memoriæ subsidio.

De his vero, quæ ad studia spectant, Librum consulant.

1 DILIGENTER seruent, quæ Præpositis, & Rectoribus, quod ad eorum personas attinet, in Regulis præscribuntur. *Reg.1.*

2 Prouinciam sibi commissam in acquirenda perfectione, iuxta proprij Instituti rationem & Regulas ipsis datas, promoueant. *Reg.2.*

3 Imitentur in gubernatione charitatem, mansuetudinem, & gubernationem Christi Domini. *Reg.3.*

4 Seuertiatem cum benignitate coniungant, suamq. authoritatē per virtutes solidas tueantur. quare ita in gubernationem incumbant, vt spiritualia non deserant. *Reg.4.& 5.*

5 Regulas, ordinationes, ac consuetudines communes non abrogent, vel nouas inducant. *Reg. 6.*

6 Vt in Regulis, Constitutionibus, &c. eorum est cum particularibus dispensare: ita in rebus maioris momenti, de causis Generalem monere oportebit. *Reg.7.*

7 Res grauiores cum suis Consultoribus communicabunt: quamuis in singulis Domibus, aut Collegijs vti poterunt consilio eorum. Superio-

riorum, & Consultorum. *Reg.*11 & 12.

8 Ordinationes à Generali eisdem Superioribus, & Consultoribus Prouinciæ communicabunt: quarũ quæ momenti erunt in libro describẽdas curabũt. *Reg.*13. & 14.

9 In Consultatione indifferentes se præbeant, & libenter se admoneri patiantur. *Reg.* 15. & 17.

10 Etsi Ministros, ac Procuratores, & Præfectos studiorum ipsi designabunt, minimè tamen Præpositos, vel Rectores, nisi in casu mortis, vel vrgenti. *Reg.* 22.

11 Magistros Nouitiorum in locis probationum non separatis ipsi constituent, à Generali tamen confirmandos. *Reg.*23.

12 Consultores, & Admonitores Superiorum localium eligent, à Generali confirmandos. *Reg.* 25.

13 Concionatores, & Confessarios præuio domestico examine, & approbatione Ordinariorum, constituere poterunt; quemadmodum, & Lectores in Classibus, & premarios Officiales; nam Cancellarium in Vniuersitate diligere, nouas lectiones addere, aut Scholas aperire Generalis erit. *Reg.*26. & 27.

14 Tueantur Superiorum immediatorum authoritatem in Subditos. *Reg.* 28.

15 De Idoneis ad gubernandum in domesticis ministerijs periculum faciant, & aptiores ad alia ministeria promoueant, habita ratione boni communis. *Reg.*29 & 30.

16 Ineptos ad nostrum Institutum, aut turbam ne ad probationem quidem admittant. *Reg.* 33.

17 Diligenter inspiciant an Scholasticæ exercitationes accuratè habeantur, & an Magistri, & discipuli suo munere fungantur. *Reg.* 48.

18 Vt non aptos ad studia remouere debebunt, ita in addiscendis disciplinis ordinem seruandum curabunt, iactis in latina lingua fundamentis. *Reg.*50.

19 Litterarum humaniorum, & linguarum studia promoueant, ac magnifaciant. *Reg.*50 & 51.

20 Designent ad studia repetenda, qui virtute, & ingenio polleant. *Reg.*52.

G 3 Opi-

21 Opinionum nouitatem ac diuersitatem; vt à nostro Instituto abhorrentes coërceant. *Reg.* 54.

22 Vt prouectiores ætate, vel alios in Scholasticis minimè progredi valentes, casibus addicant, quorum studium vt vigeat vbique curabunt; ita propensos ad aliquam facultatem, in qua possint insignes euadere, exerceant. *Reg.* 55. 56. 57.

23 Sub finem studiorum de vniuscuiusque talento Generalem admoneant. *Reg* 59.

24 Nemo ex nostris librum ex vna in alteram linguam trãsferat Generali non admonito. *Reg* 60.

25 Nemo ex Nostris ad Philosophiæ, vel Theologiæ gradus sine Generalis facultate promoueatur. *Reg.* 62.

26 Post absoluta studia tertium probationis annum instituãt iuxta Instructionem *Reg.* 68.

27 Peracta Visitatione, informationes ad gradum mittant ad Generalem: & antequam promoueantur præstanda curent, quæ in Cõstitutionibus præscribuntur. *Reg.* 69. 70

28 Curet vt Professi etiam trium Votorum emittant Vota simplicia, doctrinamque Christianam tam ipsi, quam Coadiutores spirituales doceant, *Reg.* 71.

29 Scribant eorum nomina, qui vota simplicia post bienniũ vel solennia emiserunt, horumq. exempla Romam mittant. *Reg* 73.

30 Aedificari non permittant quæ maioris momenti fuerint Generali non approbante, cuius est formam modumque præscribere: nec lites intendi sine eiusdem consensu. *Reg.* 75. 77.

31 Exigant rationes accepti, & expensi inter Superiorem, & Procuratorem transactas, summæq. computi ipsi se subscribant: visitentq. stabilia, quæ commode poterunt, neq. æs alienum conflari permittant. *Reg.* 79. 80.

32 Non permittat abdicare se nostros possessione bonorum, nisi Constantes agnouerint, ac Generali præmonito; nec pactiones inire cum parentibus. *Reg.* 86. 87. 88.

33 Non permittant Nostros quidquam à parẽtibus, vel amicis petere. *Reg.* 90.

34 Curent vt non solum obedientes, ac fideles Generali se

exhibeant : ſed omnia illi eſſe perſpecta çurent quæ ad Prouinciam pertinent: cogitentq. ſemper de communi bono Societatis promouendoi *Reg.*91 92 93.

35 Non permittant cum externis verſari oes qui probati,& in vocatione firmi non ſint. *Reg.* 97.

36 Curent vt Miſſæ, & alia Sacramenta iuxta vſum Romanum miniſtrentur, vniformitate ſeruata. Concionandi item, Chriſtianæq. Doctrinæ tradendæ modum obſeruent, Concionatoribus non idoneis ab hoc munere amotis. *Reg.*98.99.

37 Dent operam, vt Confeſſarij maturioris ſint ætatis, præſertim ad mulierum confeſſiones audiendas: curenque gratijs, & priuilegijs prudenter vti. *Reg.*100.

38 In Collegijs, vbi Domus Profeſſorum eſt, quæ ad ſtudia tantum pertinent tractentur. *Reg.*101.

39 A ſua Prouincia, inſcio Generali, non abeant, niſi locus eſſet vicinus, aut exſpectari reſponsũ nõ poſſet. R*eg.*105.

40 Cum aliquis mutandus eſt loco, quem ſine offenſione euocari oportebit, ſemper informandus erit Superior ad quem tranſmittitur; vt iuuare poſſit in ſpiritu. R*eg.*110.117.

41 Extra Prouinciam neminem mittant, niſi alicuius negotij, aut peregrinationis gratia: vel cnm Prouinciali alterius Prouinciæ conuenerint. Ad Prouincias tamen extra Europam, & intra ipſaſmet, nunquam ſine Generalis facultate. R*eg*,112.

42 Quotannis per ſe ipſos obeant Prouinciam, ibique diutius immorentur, vbi magis opus erit. Quod ſi grauiores ob cauſas id minime præſtare potuerint, re cum Conſultoribus collata, ſibi alium ſubſtituant. R*eg.*118.119.

43 In Viſitatione, quam à Templo incipient, Superiorem primum interrogent, præteritas viſitationes recognoſcentes, tum ad viſitandos alios accedant, quibus omnibus ſe beneuolos exhibeant. R*eg.*120.122.

44 Petant à Superiore Conſultoribus, antiquioribus Patribus, vel præcipuis officialibus, quæ ſunt alicuius momẽ-

ti de ſtatu Collegij, etiam ſcripto, & ſecreto ſeruato. Reg. 123.

45 Decurſo cum Superiore Catalogo perſonarum, vocent ſigillatim omnes, interrogando, ſcribendoq. quæ iudicauerint expedire, hortéturq. omnes ad veritatem ſincerè dicendam, ſecretumque ſeruandum: ne facilè credant quæ contra alios, præſertim Superiores dicuntur. Reg 124.125.126 127.

46 Dum officia viſitant Regulas officialium examinent, & Summarium Conſtitutionum, Regulas communes cum Superiore, Conſultoribus, & Miniſtro percurrant: quemadmodum Regulas Miniſtri, Conſultorum, Admonitoris, Concionatorum, & Sacerdotum, præicpuorumq. officialium ipſe per ſe cum ipſiſmet examinabunt. cæteras Socio committentes, Reg. 129 130.

47 Exigant per ſe, vel per Superiorem Domus rationem cõſcientiæ ab ijs, qui Societatem ingrediuntur: & ab eo tempore quo ad ſtudia miſſi ſunt ab ijs, qui ad tertium probationis annum mittuntur: quotannis vero in ipſa viſitatione, aut in renouatione votorum. Reg. 131.

48 Poſtremo viſitẽt Superiorem Domus, vel Collegij, quæ ad perſonam, & officium eius attinent. Reg. 132.

49 Viſitatione peracta cuiuſq. Domus, aut Collegij, recognoſcant ſingula; & perpendant de quibus Generalis conſulendus, aut monendus, quæue cum Superiore Domus, vel cum alijs tranſigenda diligenter diſcernant, re domino commendata. Reg. 133.134.

50 Expungant è libro quæ temporalia ſunt, & executioni mandata, eaq. tantum ſcribant, quæ maioris momenti ſunt, & ab ipſo Generali approbata. Reg. 135.

51 Sedulò inuigilẽt, vt exactè ſeruetur Conſtitutio, tanquã ad maiorem ædificationẽ, & paupertatis noſtræ ſinceritatẽ conſeruandam perneceſſaria, ne pro miniſterijs Societatis ſtipendium, vel eleemoſyna vlla in compenſationẽ à quopiam admittatur. Can. 1. Congr. 5.

52 Curent vt noſtri finito probationis biennio ante vota ſimplicia

plicia Scholaſticorum, reſignent quæcunque Eccleſiaſtica beneficia. *Can.* 5. *Congr.* 5.

53 Intelligant in nullo caſu licere exercere facultatem diſpẽſandi in contrahendo biennio, ad hoc vt quiſpiam ante expletum biennium cenſeatur verus Religioſus, & Scholaſticus approbatus. *Can.* 10. *Congr.* 5.

54 Dent operam ne quiſpiam ex Noſtris publicis, & ſecularium Principum negotij, quæ ad rationem ſtatus, vt vocant, pertinent, vlla ratione ſe implicet per quoſcunque requiſitus, aut rogatus eosq. ad ea procliues, loco dimoueant. *Can.* 12. *Congr.* 5.

55 Non permittant, vt Noſtri cum detrimento ſpiritualis boni, & religioſæ diſciplinæ iactura, ſeſe in familiaritatem Principum inſinuent: aut alijs negotijs ſecularibus, licet rerum particularium, ad conſanguineos, amicos, vel quoſuis alios pertinentibus, occupẽtur. *Can.* 13. *Congr.* 5.

56 Singulis viſitationibus percurrant Regulas omnes cum Superiore, & Conſultoribus, Inſtructiones, Ordinationes; Epiſtolam ad Superiores. *Ex Inſtruct pro Super.*

57 Habeantur conferentiæ, Generaliq ſcribant quos conuocauerint, & quomodo ſucceſſerint. *Ibid.*

58 In viſitatione videant, an Superiores habeant, & intelligãt Ordinationes, &c. horamq. conſiderationis obſeruent, Generali admonito: cũ quibus & cũ ſuis Conſultoribus Ordinationes eiuſdem communicet. *In Ordinat.* c. 15. §. 1.

58 Moneant Superiores, vt à Præfecto ſpiritus rationes frequenter exigant, quomodo, & quam crebro Fratres alloquatur. *Ibid.* §. 2.

60 Confeſſarij Domorum, & Collegiorum ne ſint Conſultores: & deſignati Superiores, antequam gubernationem adeant, obeant ſpiritualia exercitia. *Ibid.* §. 3. & 5.

61 Sacerdotes iuniores niſi poſt biennium non occupentur. *Ibid c.* 6.

62 Aduertat an exacte ſeruetur ordinatio de litteris ſcribendis c. 15. Ordinationum. §. 8 9. 10. 11. 12. 13. præſcripta.

63 Ne permittat vt Subditorum litteræ ad mediatos Superiores immediatis oſtendantur. Nec vlla Aedificia conſtrui

ſtrui, niſi neceſſaria, *Ibid.*§.14. & 17.

64 Non permittant quenquam ſe bonis abdicare abſq. Generalis facultate. *c.16.Ordinat.*

65 Conſultores ſubinde mutari curet, cum quibus communicabit res vniuerſales, quas in Viſitatione Prouinciæ notauerit. *c.18.Ordinat.*§.2, & 3.

66 Collegia, quæ duodecim Scholares alere poſſunt eleemoſynas alicuius momenti non admittant. *Ibid.c.*21.

67 Noſtri ad Confeſſiones Monialinm ægrotantium Cœnobia non ingrediantur. *Ibid.c.*22,

68 Annuas litteras nec ipſi Prouinciales externis communicent. Nec interceſſiones fieri inter nos permittant. *Ibid.c.*23 24.

69 Cum de mutatione Superiorum ad Generalem ſcribunt, ſignificent cur liberandus quiſq. ſit, & quinam ſufficiendi. *c.*25.*Ordinat.*

70 Ad Sacerdotium non promoueat qui in ſpiritu non profecerit. *Inſtr.de renouat.ſpirit.*§.1.& *Inſtr.* 10.*de hac re.*

71 Ne facilè loco mutent, qui male ſe gerunt, niſi prius emẽdatos: nec ſine informatione mittantur. *Inſtruct. pro renou. ſpirit. c.*2.

72 Rerum ſuperfluarum vſum, & veſtium abuſum in cubiculis, cæteraq. curioſa, & pretioſa omnino interdicant. *Ibid* 3,4,5.7.

73 Nemo à cognatis vel amicis quidquam, etiam pro lectionibus ſcribendis, accipiat. *Ibid.*§ 6.

74 Extra Domos ne concionentur, qui cibis quadrageſimalibus vti non poterunt, nec permittant ab iiſdem equum pro ſarcinis adduci, Nec vltra triennium in docendo detineant, qui ad concionandum talentum oſtendunt. *Inſtruct. pro Concion.*§.9 10.& *vltimo.*

75 In viſitatione Catalogum Mulierum inuiſendarum cum Conſultoribus conferens conficiat, qua peracta Generalem admoneat, quemadmodum ſeruentur de Mulierum Confeſſionibus, & Viſitationibus præſcripta. *Inſtr proConfeſſ.*§.9. & 10.

76 Neminem in confeſſione audiat niſi qui ſponte illos adie-
rit:

rit: Nec vtantur notitia per eam habita: nec alios permittant vti, aut docere. *Instr. de casibus reseru.*§.4.6. *Instr 7. de notitia.*

77 Ne sit facilis in admittendis Nouitijs, præsertim Coadiutoribus, & ineptos cito dimittat. Nec patiantur, vt Coadiutores ante peractum biênium in officijs publicis Aeditui, Ianitoris, &c. occupentur. *Instr. pro Nouit.* §. 2.4.5.

78 Tertiam probationem aggressuros admonebũt de ijs quæ studiorum tempore notata fuerunt. itemq. Instructorem informent de singulis. Qui communiter Sacerdotes esse debebunt, & maturi: quo tempore in Scholis non docebunt. *Instr.* 11.§.3.4. 6.13 *&c.*

79 Curent vt separatim à Nouitijs in loco remoto eam peragant; quam vltra annum à studijs ne differant. qui minimum decem esse debebunt: illos crebrò visitent: maturè educendo qui non profecerint: scribentq. ad Generalem, & in libro, quemadmodum se gerant. *Instr. à* 15. *ad.* 20.

80 Curent vt singulis annis eorum, qui tertium annum non egerunt, & quamdudum studia absoluerunt Catalogum ad Generalem mittant. *Ibid.* §.20.

81 Ne soli morentur, aut pernoctent qui ad Vineas, Agrosq. mittuntur: sintq. probatæ virtutis, *Instr.* 14 *pro Coad.* 13.§.2.3. *& iut* §.4.

82 Recognoscant annuas antequam mittant. quarum exempla in Prouincia asseruabunt. *Instr* 15.§.4.5.6.

83 Initio suæ gubernationis, nisi Visitator Prouinciam obierit, ex Consultoribus intelligant, vt prædecessor se gesserit, & ad Generalem scribant: prius tamen ratione accepta à Prouinciali eorum, quæ obijciuntur, *Instruct.* 17.§.*vltimo.*

84 Instruant Præfectos spiritus, & ex Consultoribus intelligent quemadmodum se gerant, Generali admonito. *Instr.*20.§ 12.


85 Scribant quotannis quosnam ei muneri præfecerint, quo fructu, & quibus talentis. *Ibid.*§,14.

86 Obseruent quæ in Instructione de dimittendis præscripta sunt. 22. *per totam,*

87 Tertio quoque anno mittant Catalogum personarum iuxta Formulam, & Informationes de aptis ad gubernandum : quemadmodum peracta Visitatione mittent quoque de promouendis ad gradus. *Formula.* 4.2.3.

88 Memoriale eorum, quæ Superioribus in Visitatione reliquerint, Admonitori, & Consultoribus communicent, personalibus expunctis. *Instr. noua de executione.*

89 Abstineant à nouis Ordinationibus, easq. solas relinquāt, quæ faciles sint executioni : nec nisi Superiore, alijsq. iudicium ferre valentibus, auditis. *Ibidem.*



ELENCHVS

Eorum, quæ Præpositis, ac Rectoribus præstanda sunt.

Cætera ex proprijs ipsorum Regulis petantur.

1 IN singulis Collegijs exponatur Bulla cœnæ. *Ordinat. c.* 3.

2 Mittatur Romā ad Archiuium succincta narratio Collegij, vel Domus, quæ seruanda erit in Prouincia. *Ordinat. c.* 13.

3 Nullo modo horam considerationis omittant. *Ordin. c.* 14.

4 Frequenter à Præfectis rerum spiritualium exigant rationem, an iuxta suas regulas agant cū suis. *Ordin c.* 15. §. 2.

5 Vrgeant lectionem librorum spiritualium, non solum apud iuuenes, sed etiam apud operarios. *Ibidem,* §. 4.

6 Neminem cogant, vt sibi confiteatur, nisi quis sponte iret.

iret. *Ibid.* §. 5. *& in Casibus reseruatis.*
7 Superiorum mediatorum litteras, & è contra ad Subditos, etiam sponte oblatas non legant *Ibid c.*15.§.4.
8 Diligenter litteras, quæ scribuntur, videant; & executioni mandari curent præscripta, *Ibidem c.*15. *à* §.7. *ad* 13.
9 Non permittantur Confessarij eleemosynas petere: nihil omnino ædificent sine facultate Prouincialis. *Ibid.* §.17.
10 Antequam res maioris momenti ad Prouincialem scribāt, consulant suos Consultores, Prouincialem monētes quid illi sentiant. *Ordin.c.*18.§.4.
11 Habeant Librum, in quo scribantur, qui Ordines suscipiant. *Ordinat. c.*20.
12 Non permittant nostros ingredi monasteria Monialium. *Ordin c.*22.
13 Annuæ litteræ externis ne ostendantur. *Ordinat.c.*23.
14 In Collegijs intercessiones ne permittant. *Ibidem* 24.
15 Non permittat quenquam in cubiculo duplices vestes habere, aut libros, ad vsum, inscriptos. *Instr. de renou. spir.* §.5.*&* 8.
16 Ne nostri aliorum concionibus describendis tempus terant; nec domesticas conciones aut carpant, aut immodicè laudent. *Instruct pro Concion.* §.1,*&* 4.
17 Non dispensent cum Concionatoribus in cibis quadragesimalibus inconsulto Prouinciali: à quibus, sicut ab omnibus alijs iter agentibus, curent sibi reddi rationem viatici. *Ibidem* §.9.*& vltimo.*
18 Constituant Syndicum pro Confessarijs, qui regulas eorum, & Ordinationes obseruent. *Instr. pro Confess.* §.5.
19 Designent Sacerdotes, qui statis horis in templo resideāt. *Ibidem* §.13.
20 Curent aliquando fieri conferētias de modo iuuandi proximos. *Instruct. 4 pro Confess* §.3.
21 Fiant breues missiones infra hebdomadam: & si operarij otio abundant, cum Consultoribus consultet quomodo occupentur. *Ibidem.*
22 Non vtantur notitia habita per confessionem ad externā gubernationē. *Instr.5.de riseruatis.& Instr.7.de hac re.*

23 Inuigilet, ne Scholastici nimis agant cum externis, neque antiquos Patres patronos habeant; tepidiores incitent ad collectionem, & mortificationem. *Instr. pro Scholasticis.* §.2.3. & 4.

24 Semel saltem in hebdomada Coadiutores alloquantur, præsertim infirmiores. *Instr.* 14. *pro Coadiut* §,1.

25 Faciāt ipsi conferentias cum Coadiutoribus, nec permittant illos solos exire, nec à cæteris contemni, aut nimium à Ministro vrgeri. *Ibid.* §,2. 4. & 5.

26 Designent aliquem, qui notet, quæ occurrunt pro Annuis. *Instr.* 15. §.2. & 4.

27 Has autem antequam ad Prouincialem mittat, ipse recognoscat. *Ibid.* §.4.

28 Exigant rationem conscientiæ iuxta Regulam. *Instr.* 23,

29 Curent, vt qui renouaturi sunt vota, triduo ante se colligant. *Instr. pro Scholast. ex Decr.* 6. *Congr.*

30 Curent, vt singulis annis omnes obeant exercitia spiritualia per octo vel decem dies. *Instr. pro renou. spir. ex Decreto* 46. *Congr.* 6.

31 Legant tertio quoq; mense Instructionem cum Sacerdotibus ad illos spectantem. Decimo vero quinto die perlegat cum Consultoribus aliquid ex Constitutionibus, Regulis, Ordinationibus, &c. Ex *Decr.* 51. *Congr.* 6,

32 Singulis mensibus legāt in cōsultatione memoriale à Prouinciali relictū, vel Visitatore; donec quæ ordinata sunt, fuerint executioni mandata. *Ibidem.*

33 Curent, vt cum cœnatur in villa vel prædio per vnam, vel alteram horam nostri se colligant orando, si mane non orauerint, vel studendo. Quod si mane quacunque ex causa in Collegio se continuerint, non fiat recreatio, sed à prandio tantum per tres horas. Ex *Decr.* 53, *Congr* 6.

34 Non permittant Confessarijs Principum, aut quibuscunq; vt aliquid in proprium vsum, vel ad sui dispositionem accipiant, sed ab omnibus seruetur Reg. 64. Præpositi, & 60. Rectoris. *Ex Decr.* 58 *Congr.* 6.

35 Hora designata rationem rerum domesticarum à Ministro accipient. *Reg.* 6, *Ministri*,

36 Singulis hebdomadis scribant ad Prouincialem iuxta Formulam scribendi. *Regul.* 2.3.4.9. & *Regul.* 10,37,63,84, *Rectoris*.

37 Intersint conferentijs Casuum conscientiæ. *Reg.* 15. *Prouincialis*, *Ration. Stud.*

38 Alternis saltem hebdomadis cum suis Consultoribus conueniant. *Reg.* 15, *Præpos.* & 14. *Recto.*

39 Exhortatio vel collatio spiritualis habeatur, *Reg.* 25. *Prap.* & 24. *Recto.*

40 Renouet singulis mensibus memoriã regularum omnium, & sui officij. *Summar. Reg* 52, & *commun.* 59:

41 Singulis mensibus à Procuratore exigant rationẽ accepti, & expensi præsente Ministro. *Reg.* 60: *Prap* & 57: *Recto.*

42 Rector consultationes habeat cum Magistris scholarum inferiorum præsente illorum Præfecto, vel etiam Superiorum facultatum. *Reg.* 18, *Recto. Ratio studio.*

43 Singulis mensibus prima hebdomada loco ordinariæ cõsultationis consultent de executione, an domi sit aliquid quod negligi videatur, an vigeat obseruatio regularũ, an notetur frequens aliqua transgressio, an Ordinationes Superiorum sint executioni mandatæ. *Instruct. pro execut. Decr.* 51 *Congr* 6.

44 Tertio quoque mense scribant ad Generalem iuxta Reg 7 & 10. *In Formula scribend.*

45 Sexto quoque mense maturiores Patres ad Confessiones generales accipiendas designent, nisi Prouincialis adsit; & rationem conscientiæ iuxta Instructionem exigant. *Reg.* 23 *Prap* & 22. *Recto*

46 Regulas Scholasticorum, & Coadiutorum in Refectorio bis, aut ter quotannis legi iubeat. *Reg.* 43: *Recto.* Sicut & monita generalia. *Deputat pro renouat spir. Congr.* 6.

47 Singulis annis Prouinciali significabit qu.d de vnoquoque sentiat circa studia, *Reg* 37. *Recto.*

48 Deligat vnum dicendi peritum, ad quam sub finem studiorum ter in hebdomada per horam futuri Magistri cõueniant: vt eos instruat, *Reg.* 9, *Recto. Ration studio*

49 Re-

49 Rector ordinem constituat examinandorum metaphysicorum, auditis Præfecto, & Magistris. *Reg.* 23, *Pref. stud.*

50 Habendam curet in renouatione studiorum orationem ab aliquo Magistro insigniore. *Reg.* 15. *Recto. Ratio studi.*

51 Constituat cum Præfecto Examinatores scholarum inferiorum. *Reg.* 18. *Præfecti schol. inferi.*

54 Intersit, frequenter Thologorum, Philosophorumq; disputationibus, tum priuatis, tum publicis. *Reg.* 3, *Recto. Ratio studio.*

53 Notet in libro eos qui ordines suscipiunt. *Ordin. c.* 20.

54 Crebro, & magna caritatis significatione alloquatur Subditos. *Reg.* 26. *Prepo.* & *Reg.* 25. *Recto.*

55 Aliquando visitent eos, qui domestica obeunt ministeria. *Reg.* 5. *Recto.* & 6. *Præp.*

56 Adeat interdum scholas inferiores. *Reg.* 3, *Recto. Ratio studio.*

57 Bis aut ter in anno in aliqua celebritate curet; vt Philosophi, & Theologi carminum aliquid condant, affigantq. *Reg* 8 *Recto. Ratio studio.*

58 Vt interdum à nostris Rhetoricis orationes, aut poëmata Latinæ vel Græcæ, tum in aula, tum in mensa habeantur. *Reg.* 11, *Recto. Ratio stud.*

59 Visitent aliquando orantes. *Reg.* 50, *Prepo.* & 47, *Recto.*

60 Curent aliquando fieri conferentias de modo iuuãdi proximor. *Instr.* 4, §. 3.

61 Magistri Nouitiorum cum ad studia mittuntur, moneant eos non mitti ad laxiorem vitam, sed vt aptiora fiant Societatis instrumenta. *Instruct. pro Nouitijs, c vltimo.*

62 Res Nouitiorum intactæ seruentur vsque ad finem biennij. *Ibidem* §. 6.

63 Explicent Nouitijs quod de manifestatione delicti statutum est in sexta Congregatione. *Instr. de manif. delict.*

MONITA GENERALIA

Quæ ad religiosam Nostrorum directionem spectant, & ab omibus obseruanda sunt.

Ex varijs Ordinationibus, ac Decretis.

1 
VLLVS, etiam Sacerdos, vagetur manè extra cubiculum tempore examinis, nisi occupetur in templo: Sacerdotes verò qui occupati non fuerint, faciant etiam ipsi examen, nisi fortè paulo ante celebrauerint, idq. ante Sacrum fecerint: tunc enim horas recitare poterunt, vel aliter orare, sed in cubiculo. Diebus tamē festis, ac Dominicis, vbi futura est concio, examen ex præscripto nō fiet, ideoq. signum non dabitur; vbi verò habenda non erit, pulsabitur ad examen, vt fiat.

Ex cap. 5. Ordinat. Gener.

Examen quando diebus festis faciēdum,

2 Nullus, vel etiam Procuratorum, quibus Romam venire contigerit exter- *Capit 8. Ordinat.*

 norum

Externorum negotia nemo Romam petēs suscipiat. norum negotia suscipiat, vel in ijs suam operam polliceatur, sine facultate Prouincialis; quam rarò admodum, nec nisi grauioribus de causis concedet.

Cap. 12. Ordinat. et Instr. pro Confessarijs, §. 7.

3 Intelligant Nostri, non solùm Sacerdotibus, quàm accuratissimè seruandam esse Regulam 18. de socio secum retinendo, cùm ad confessiones fœminarum audiendas, vel alia de causa eas adierint; videlicet quãdiù cum illis agendum erit, eo in loco socium esse oportere, vnde videre eos, sed non, quæ secreta esse oportet, audire possit, quantum loci dispositio patietur: sed alios quoque omnes, qui Sacerdotes non fuerint, eadem lege teneri, siue ipsi mulieres inuisant, siue alios ex Nostris comitentur: quin (vt religiosæ honestati & ædificationi consulatur) cōnentur omnes in quorumcũque visitationibus, quamuis virorum, socium sui testē habere; nisi personæ quas inuisunt eę fuerint, vt nec per negotia ipsa, nec per vrbanitatem licuerit vnà sibi esse cum socio.

Præsentia Socij in visitãdis mulieribus.

Socij tenētur Supiori aperire, an seruetur Ordinatio.

Ac proinde eos, qui socij munere funguntur, nosse oportet, vbi domum redierint, Superiori significari oportere, quamuis non exposcenti, quęcunq; contra regulam & hanc ordinationem acciderint.

Cap. 15 Ordin ge

4 In literis scribendis non solùm strictè seruanda erit regula 39. Summarij, de

de non ſcribendis niſi obtenta facultate, & literis ei oſtenſis quem Superior deſtinauerit: verumetiam curandum erit diligenter, ne de ſecularibus negotijs, aut inutilibus, aut ab eo, qui ſcribit alienis, literæ quicquam contineant; cuiuſmodi eſſent rumuſculi;nuntij de rebus viro Religioſo non conſentaneis, quin etiam formæ quædam ſcribendi, & figuræ,locutioneſq; ſecularem, & aulicam conſuetudinem olentes: inania officia, & affectatæ aſcētatiunculæ;& id genus alia,quæ haud parum dedecent.Sed potius ita à Noſtris ſcribatur, vt nō res ſolùm, ſed ipſe etiam ſcribendi modus ædificationi ſit legenti. *neralium § 7. vſq; ad 13. Quomodo litteræ ſcribēdæ.*

5 Nemini cùm ad Generalem, aut Mediatos Superiores ſcribit, vel ab ijſdē literas accipit,licebit eas Immediato Superiori oſtendere. Quod ſi literæ quid contineant, quod Immediatum Superiorem noſſe oportebit, id verbo, & non ex ipſis literis ſignificandum erit. *Ex c. 15. Ordin. §. 14. Litteræ mediatorū ad ſuo ditos.*

6 Literæ quæ negotia continent,ſolū ad Prępoſitum Generalem,& nō ad alios, qui cum ipſo agant, deſtinentur. Poterit tamen ad eos ſcribi,vt illa tractari,& expediri curent. Quarum ſi nonnullæ Generalis Procuratoris opera indigere videbuntur,adiecta exterius litera P.notētur. *Ex form. §. 14 15. & 16. Litteræ negotia contin ē- tes.*

7 Porro in literis, quæ (ſoli) inſcri- *Ex Inſtr. 19. §. 8.*

Litteræ, quæ(soli) scribuntur.

buntur, duo erunt scribenti præstanda: alterum est, vt quæ ijs committũtur, eius generis sint, quæ secreto opus habeant: nec cum alijs communicari postulent. Alterum vt cùm huiusmodi secreta scribunt si de rebus alijs scribendum sit, id seorsim faciant, alijs literis ab eis seiunctis quæ (soli) inscrisiendæ erunt.

Exc. 15. Ordin. generaliũ. §. 15. Modus in eleemosynis.

8 In eleemosynis petendis modum haberi oportet, ne nimij, aut importuni simus: alioquin fideles à nobis, & à nostris ministerijs arceantur: vnde fructus spiritualis peribit, imo & temporalis.

Ex Decr. 38. sextæ Congreg. Nihil accipiendũ ad vsum propriũ.

9 Intelligant omnes nemini Nostrorum licere eo maximè titulo quòd cum Principibus, alijsq; viris primarijs amicissimè agant, vel eorum Confessarij sint, ad proprium vsum, ac dispositionem ab eis quicquam accipere: nec ad id Superiores potestatem facere posse: eo minimè impunè abire permisso, qui hac in re defecisse deprehenderetur. Quod si spontè aliquid offeratur, aut quippiam mittatur, id iuxta regulam in communẽ vsum accipiatur & dispensetur.

Reg. 64. Præpositi, & Reg. 60. Rect.

Cap. 17. Ordin. Quãtitas cõtra votum.

10 Intelligant omnes, eam quantitatem, quæ furto sublata, satis esset ad constituendum peccatum mortale contra septimum præceptum, sufficere vt peccasse aduersus votum paupertatis iudicetur; si

quis

quis è Nostris rem vt proptiam vel vsurpet, vel alienet absque Superioris facultate.

11 Nemo in posterum cuiuis Externo quauis occasione Societatis nostræ annuas communicet, seu ostendat. Annuæ externis ne ostendantur.

12 Præter eos ad quorum officium aliqua ratione pertinet, vt sunt Cōsultores, Admonitores, Confessarij, nemo alterius cuiuspiam è nostris negotium cum Superiore tractandum, & expediendum suscipiat: nec vlla ratione eam curam intercedēdi tanquam propriam sibi assumat; vt cùm agitur de aliquo ad Societatem admittendo, vel ab ea dimittendo, vel in eadem retinendo; de quopiam ad hunc vel illum gradum promouendo: ad hæc vel illa studia applicando; & similibus. Quòd si cuipiam aliquid ad alios spectans Superiori videretur proponendum, id non ratione amicitiæ, & particularis affectus fiat, sed ob maius Societatis bonum, vel ob solidam consolationem, ac spirituale eius auxilium, cuius negotium agitur. Et tunc quidem, re prius Domino commendata, ac probè expensis rationibus, satis erit, si rem Superiori, vel Admonitori pro ponat: Atque ita rem tractandam suscipiet, vt minime appareat velle eum ad exitum omninò perducere: multoq; mi- Cap. 23. Ord. Cap. 24. Ord. Nemo patrocinetur.

nus cum Consultoribus aget, vt ad suam eos sententiam alliciat. Demum ita rem transigat, vt nec Superioribus, vel cæteris permolestus sit; sed totam eius rei curam ita in eorum manibus relinquat, vt quicquid illi perpensis vndiq; rebus omnibus in Domino statuerint, melius & diuino obsequio magis consonũ fore existimet.

Ex Instr. ad renou. spũs § 3. De superflua pecunia in viaticis.

13 Nostris iter agentibus, vt necessariò viatico debito cum amore, & charitate prouidendum erit, ita nulla ratione permittendum, vt pecunia illis detur ad superflua coëmenda, & quæ religiosæ paupertati minimè consonant: vt sunt curiosa, & pretiosa: multoq; minus vt ab Externis, seu consanguineis cum ædificationis iactura conquiratur.

Ex Instr. ad renou. spũs § 7. Curiosa, & pretiosa interdicuntur.

14 Nulla ratione permittatur, vt Nostri apud se habeant secumvè ferunt quædam, quæ pauperibus, quales nos sumus, minimè conueniant, vt sunt horologia rotata, & affabrè facta, imagines multi valoris, reliquiaria curiosa & pretiosa, aliaque id genus.

Ex Instr. pro renou. spũs § 8. Libris proprijs quõ vtendũ.

15 Nemo in libris, quos de Superiorũ licentia apud se habet inscribat (ad vsum) quod paupertatis perfectioni, & puritati repugnat; sed in ijs quos de Superioris licentia externorum pecunia coëmerit, vt ipse vtatur (qui tamen ex vno; in aliud

Colle-

Collegium aſportandi non erunt) ſatis erit inſcribere nomē Collegij, vel Domus, cui ſunt applicati.

16 Sciant omnes, promiſſionem illam Societatem ingrediendi, formula votorū ſimplicium Scholaſticorum expreſſam, votum eſſe peculiare, à tribus alijs diſtinctum; quo quis ſe obligat ad acceptandū gradum Profeſſorum, vel Coaditorum formatorum, prout Præpoſitio generali ad maius Dei obſequium fore videbitur. Promiſſio ingrediēdi eſt votum. Ex Can. 2. Congr. 5. Dec. 16

17 Intelligant verba illa Regulę Summarij (*nullaq; re tanquam propria vtantur*) ſic eſſe accipienda, vt ij, qui tria vota ſubſtantialia emiſerunt non ſolum contra votum peccēt, ſi re aliqua tanquam propria vtantur; ſed ſi ij quoq; qui nondum ſe ſuis bonis abdicarunt, quacunque ratione de ijs diſponant, vel ea diſtribuant, aut ijs ſe abdicent, cùm abſq; Superioris voluntate id fecerint. Can. 7. Cong 5. Par. 3. c. 1. § 7. Reg Sūm. 24. Regulæ ſummarij 24 interpr.

18 Vt ab omni ſpecie mali abſtineamus, & querelis quoq. ex falſis ſuſpicionibus prouenientibus, quoad eius fieri poterit, occurramus; p̄cipitur Noſtris omnibus in virtute obedientiæ, & ſub pœna inhabilitatis ad quæuis officia & dignitates, ſeu prælationes, vocisq; tàm actiuæ, quā paſſiuæ priuationis; ne quiſpiam publicis & ſæcularibus Principum negotijs, quæ Ex can. 10 Congr. 5. Decr. 63. & 101. Negotij ſtatus ſub cenſuris interdicū tur.

ad rationem, ſtatus (vt vocant) pertinent, vlla ratione ſe immiſcere, nec etiã quantumuis per quoſcunque requiſitus, aut rogatus, eiuſmodi res politicas tractandi curam ſuſcipere audeat, vel præſumat.

Ex Can 13. Congr. 5. Negotia quoq; ſæcularia ꝓhibentur.

19 Diligentiſſimè cauendum eſt, ne Noſtri cum detrimento ſpiritualis boni, ac religioſæ diſciplinæ iactura, ſeſe in familiaritatem Principum inſinuent: nec alijs negotijs ſæcularibus, licet rerum particularium ad conſanguineos, amicos, vel quoſuis alios pertinentibus occupentur (niſi fortè interdum iudicio Superiorum charitas aliud ſuaderet) vt à negotijs huiuſmodi, tanquam à nobis alienis abſtinentes, intra inſtituti noſtri limites proximos iuuare conemur.

Exercitia quotãnis obedienda.

20 Omnes quotannis vacent ſpiritualibus exercitijs obeundis per octo, vel decem continuos dies.

Ex Can. 9 Cògr 6. Ex Depu. pro reno. ſpirit. Silentij regulæ interpretatio.

21 Intelligant omnes oportet, quemadmodum dato ſigno ad finem recreationis, ſtatim conticendum eſt; ita cùm foras eundum erit, minimè loqui licere intra Vrbem, vbi frequens eſt populus, iuxta regulæ de ſilentio intellectum: & qui in refectorio, vel in culina, tempore primæ aut ſecundæ menſæ miniſtrant, nouerint eandem ſibi legem eſſe ſeruandam, quam-

uis

uis secundæ recreationi ijdem interesse poterunt.

22 Studeant omnes recreationis tempus religiosè transigere, ne spiritus liberiore conuersatione intepescat, plurimumque distrahatur: curentque rerum curiosarum, ac ludicrarum narratiunculis amandatis, ea quæ pios Religiosos decet loqui assuescere; quò fiet, vt cum erit nobis cum Externis agendum, ea colloquia miscere nouerimus, quæ pietatem oleant, & audientes ædificent.

Recreatio religiosè trãsigenda. Ex eadẽ.




REGVLAE

Coaditutorum temporalium.

Ex Deputat. pro Coadiutoribus.

Exam. c. 6. §. 7.

1 NTELLIGANT omnes primariam ipsorum intentionem ad inseruiendum Diuinæ Maiestati in Societate esse debere, non solùm, vt diligentiam omnem in spiritualia excercitia, orationem, ac deuotionem statis temporibus impendant; sed etiam se exerceant in domesticis suæ vocationis ministerijs, quantumuis humilibus, & abiectis, cuiuscunque generis illa sint, parati ad vitam omnem in eis exigēdam: sibi persuadendo se in ea re obsequium, & laudem præstare suo Creatori, ac Domino, ob cuius amorem, reuerentiámq. in ijs elaborant.

Qualis eorum finis.

Prima p. c. 2. §. 2.

Quæ eorundem cura.

2 Præcipua illorum cura sit, conscientiæ puritas, serioq. in earum virtutum studia incumbant, quæ hunc Societatis gradum in primis ornant, atque perficiunt, ac sine quibus statui suæ vocationis

nis pro dignitate reſpondere nullo modo poſſent: cuiuſmodi ſunt deuotio, animæ quies, tractabilitas, amor virtutis, deſiderium perfectionis; vt domeſticis, & externis ædificationi ſint, vt, ſorte Marthæ contenti, actiua ſe vita exerceant; periculari amore Inſtitutum Societatis proſequentes, cuius vtilia membra ad Domini gloriam eſſe contendant.

3 In quotidiana recreatione, cum ijs potiſſimùm verſentur, à quibus commodè in rebus ſpiritualibus iuuari poſſint: neque coëant inter ſe ſoli, aut à communi recreationis loco ſeorſim ſecedant. Recreatio, & locus recreationis.

4 Poſtquam ſui officij miniſterijs ſatisfecerint, ſi quid vacui temporis ſuperfuerit, id totum in alia exercitia ſpiritualia, aut corporalia impendant: eiuſque rei cauſa Superiorem adibunt, vt quæ de de ea re ſit eius voluntas, ex ipſo cognoſcant. Otij fuga.

5 In comitandis Noſtris, cùm præſertim mulieres inuiſunt, non ſolùm illud diligenter ſeruare debebunt quod Sacerdotibus eorum regulis præſcribitur, (vt cùm ad confeſſiones fœminarum audiendas mittuntur, vel alia de cauſa eas adeunt, focius ijs à Superiore datus, quādiu Sacerdos cum fœminis loquetur, eo in loco ſit, vnde eos videre poſſit, quantum *Reg. 18. Sacerd.* Quos comitantur ſolos ne deſerant.

tum

tum loci natura patietur, non tamen ea, quæ ſecreta eſſe oportet, audire) ſed etiã cum viros cuiuſcunque conditionis, aut ordinis adhibunt, dabunt operam, vt nullo tempore, eũ ſolum relinquant, tum ob religioſam decentiam, tum ob communem ædificationem; niſi fortè qui inuiſuntur tantæ auctoritatis ſint, vt ob vrbanitatem, aut negotiorum naturam ratio ſuadeat, non eſſe Sacerdotis, aut cuiuſuis è Noſtris Socium ad eam tractationem admittendum.

Superiorẽ moneant

Illud præterea nouerint, debere ſe, cùm domum redierint, vltro Superiorem admonere, etiamſi ab ipſo non rogentur, ſi quid in eo genere contra hanc regulam commiſſum ſit.

Reg. Sũm. 29.

Obſeruãtia erga Sacerdotes præſertim.

6 Meminerint non ſolùm ex Regula omnes in animo tanquam ſibi Superiores ducendo exiſtimare, & exterius honorem, ac reuerentiam, quam exigit cuiuſque ſtatus, cùm ſimplicitate, & moderatione religioſa exhibere; ſed etiam peculiari ſtudio curent erga omnes illos è noſtris, qui Coadiutores non ſunt exteriori obſeruantia, & modo conuerſandi, eum quem debent reſpectum, humilitatemq. præ ſe ferre; idq. multò etiam magis erga Sacerdotalem Ordinem.

De paupertate,

7 Quod ad paupartatem attinet, etſi

res

res eſt omnibus communis,tamen ob multas, quas habent, occaſiones variarum adminiſtrationum, caueant diligenter, ne quid ſibi capiant, alijs dent, commodent, mittat, aut quicquam faciant in hoc genere absq. expreſſa licentia Superioris: præſertim reliquiaria, cruces, Agnus Dei, lapides Bezaurios, & id genus alia; ſibiq. perſuadeant, poſſe in ijs rebus grauiter contra votum peccari.

8 Cùm ad ipſorum ſpiritualem inſtructionem ſit hebdomadis ſingulis Chriſtiana doctrina explicanda, prout Superior præſcripſerit, omnes conuentui interertunt, & ex ea re fructum percipere conentcr. Doctriaa Chriſtiana.

9 Et quanquam, vt eſt in regulis cõmunibus, data commoda occaſione,eniti debent pijs colloquijs proximum ad meliora promouere, & conſilio atque exhortatione ad bona opera, præſertim ad confeſſionem, excitare; videbunt tamen ne limites ſibi à regula præſcriptos excedant; in qua illud eſt, (*pro ratione ſui gradus*) ne quid in eo peccent. *Reg. 24. comm.* Ne cum proximis agendo limites excedant.

10 Librum nullum, neque retinere, neque legere,cuiuſcunque generis,ijs licebit, ſine Superioris licentia; cuius erit iudicium eos illis aſſignare, qui magis Quinam libri concedendi.

ad

ad ipſorum ſpiritualem fructum expedire videbuntur.

Ex 4. c. 6. § 3. cōmū ministeria.

11 Meminerint demùm quod B.P.N. Ignatius ſcriptum reliquit, quemadmodum proprium eſt Sacerdotum, & Operariorum ſpiritualium, Societatem in cōfeſſionibus audiendis, in exhortationibus; in Doctrina Chriſtiana, alijsque litteris edocendis iuuare; ita proprium illorum eſſe. in miniſterijs omnibus inferioribus, & humilioribus, quæ illis iniungentur, exerceri: ſibi perſuadentes, quod Societatem in ijs rebus iuuando, quò poſſit ipſa expeditius animarum ſaluti vacare eidem omnium Domino ſeruiant, ſiquidem propter diuinum ipſius amorem, & reuerentiam id faciunt. Ideo prompti eſſe debebunt cum omni humilitate, & charitate, quoad eius fieri poterit, ad ea officia, quæ eis credita fuerint, exactè obeunda. Quò fiet, vt non ſolùm mercedem integram laborum, ſudorumq; ſuorum conſequantur, ſed vnà etiam participes efficiãtur omnium bonorum operum, quæ Deus per vniuerſam Societatem ad obſequium & laudem ſuam operari dignabitur: quēadmodum & omnium Indulgentiarum, & gratiarum, quæ Profeſſis ad ſuarum animarum bonum benignè à Sede Apoſtolica conceſſæ fuerint.

CA-

CANONES

Sextæ Congregationis Generalis.

Auctoritate eiusdem confecti.

1 ECRETVM Quintæ Congregationis Generalis Septuagesimũ cõtra Societatis perturbatores, nuper à Santissimo D.N. Paulo V. confirmatum, non modò ab hac Congregatione probatur, ac renouatur; verum etiam ita extenditur, vt Nostros complectatur omnes, qui cuiuslibet siue de Societate, siue externi opera vtantur ad eiusdem Societatis pacem perturbandam. Ad hæc omnibus Prouincialibus præcipitur in virtute obedientiæ, vt in huiusmodi homines inquirant, reosq. certi criminis ad Generalem Præpositum deferant; dentque operam, vt Societas intelligat, ipsos non minus strenuè, quàm fideliter suo ea in re munere fungi.

Decr. 14.

Contra perturbatores.

2 De

Decr. 24. Quæ suffragia ad immutādas Constitutiones.

2 De Constitutionibus immutādis si quando in Congregatione generali agendum esset, pro eo quanti illas facere par est, quæ tot lachrymis, tamq. assiduis orationibus à B.P.N. sunt conditæ, tractare deinceps minimè liceat, nisi prius plura quàm media suffragiorum pars, ea de re agendum decernant. non obstante Decreto 2. primæ Congregationis generalis, tit. 2. & Congregationis Quintæ Decreto 9. & 10. Ipsum verò Decretum nequaquam conficietur, nisi ex tribus eorundem suffragiorum partibus duæ minimùm conuenerint.

Decr. 25. De cōtra substātialia proponentibus.

3 Si quis in Congregatione Prouinciali aliquid fortasse proposuerit tractandum, quod vel apertè substantialibus Instituti aduersum sit, vel certe dubium vtrum ijs aliquo modo repugnet; si etiā vbi audiuerit id, quod proponitur, Instituto planè esse contrarium, aut dubium an sit videri, iuxta formulam Congregationis Prouincialis §. 30. adhuc vrgeat, vt ea de re agatur; in eum Præpositi Generalis iudicio animaduertendum erit.

Decr. 26. Quomodo Generali Congregationi propo

4 Nulla Prouincialis Congregatio de tollendis, aut immutandis Constitutionibus vel Cōgregationum generalium Decretis, generali Congregationi agendum proponat, nisi aut omnibus, qui eidē

Con-

Congregationi Prouinciali interſunt, aut ex tribus partibus duabus ſaltem viſum fuerit proponendum. Si autem hac ratione conſenſerint ſuffragia de huiuſmodi aliquo eſſe tractandum, nequaquam poſtulabitur, vt Conſtitutiones vel Decreta tollantur, immutenturue; ſed ſolùm adferentur incommoda, quæ vel ſecuta ex eorum obſeruatione, vel ſecutura videantur; ad eaq; vitanda à Congregatione generali remedium ſimpliciter quæretur.

5 Cùm magnus ex Iuniorum à reliquis ſegregatione in ijs Prouincijs fructus conſtet, in quibus ea fieri cœpta eſt, tum ad ſpiritus primitias ac feruorem, quem initio hauſerunt, conſeruandum; tum ad eos, quales Inſtitutum noſtrum poſtulat, effingendos; ſegregatio eadem huius auctoritatæ Cógregationis approbatur, & confirmatur. Commendatur præterea Prouincialibus, vt tam vtile Iuniorum ſeorſim à cæteris habitandi, viuendiq; inſtitutum, ſicubi fortè nondum cœpiſſet, inuehi atq; obſeruari curent, tũ in Seminarijs maximè, illiſq; in Collegijs, in quibus numerus eorum maior eſt; tum verò etiam in alijs, vbi commodè fieri poſſe iudicauerint. Atq; ad huius rei fœliciorem, faciliorémq; progreſſum Generali *Decr. 30.* De Iuniorũ ſegregatione.

nerali Præposito commendatur, vt Instru ctionem aliquam coaficiat.

Decr. 35. De Collegijs. 6 Etsi ad tollendos omnes scrupulos de Collegijs, in quibus nostrorum Studẽtium seminaria non sunt, retinendis, satis esse poterat perpetua, atq; ab ipso B. fundatoris tempore ad hanc vsq; diem cõtinuata eorundem tum instituendorum, tum retinendorum consuetudo, optima legum interpres; nihilominus tamen, cùm Societas ex communicatione priuilegij, a fœl. record. Iulio II. Ordini Prædicatorum concessi, atq; ex proprio priuilegio fœl. recor. Iulij III. quæ in Instituto, eiusque formula dubia sunt, declarare possit; ne vllus in posterum rem eiusmodi in controuersiam vocet, declarat in præsentia Congregatio; non solùm Collegia, vbi Seminaria Nostrorum sunt, sed etiam alia, in quibus literarum studia tractantur, atq; vbi scholæ ad proximorum vtilitatem apertæ sunt, Societatis Constitutionibus, Institutoq; esse consentanea. Et professos atq; Coadiutores formatos (de quibus maior esse poterat dubitatio, nam de cæteris scrupuli nihil subest) qui eiusmodi Collegijs, etiam vt Operarij, necessarij, aut vtiles sunt, in eis sustentari posse; neq; propterea fieri, vt Societas Professa ex Collegiorum reditibus (quod Do-

mibus tantùm Professis interdictum est) iuuetur. Curandum tamen omnino, vt Collegia inchoata proficiantur, quò vel nostri Scholastici ibi aliquot ali; vel, si commodius Societati fuerit, in aliquibus Seminarijs ex illorum contributione sustentari, vel alia ratione huic negotio prospici possit, vt R. P. Præposito Generali ad maius Dei obsequium, Societatis vtilitatem, & commune Ecclesiæ bonum expedire visum fuerit.

7 Instructio pro Confessarijs Principum, a P. N. Generali confecta, huius auctoritate Congregationis approbatur & confirmatur. Vt autem illi integrè suũ obeant munus, vtq; nullum in Societatis ministerijs paupertatis nostræ puritas detrimentum patiatur, statuitur, Nostris, eò maximè nomine quòd cum Principibus ac viris primarijs agunt, vel eorum confessarij sunt, ab ijs quicquam ad proprium vsum, dispositionemq; accipere minimè licere; neq; Superiores ad eam rem facultatem concedere posse: eosq; a quibus huiusmodi aliquid procuratum constiterit, esse puniendos. Idem Congregatio de alijs Confessarijs, de Concionatoribus, Præceptoribus, & similibus erga Pænitentes, Deuotos, Consanguineos, & amicos intelligi, maximèq; ab

Decr. 35. Instructio pro Confessarijs Principum cõfirmatur.

ijs obseruari voluit, qui in Missionibus versantur. Quod si sponte ab aliquo quid offeratur, aut alicui ex Nostris mittatur, id, iuxta regulas, in communem vsum accipi, ac dispensari par est. Superiorum deinde prudentiæ erit videre, quid in casibus particularibus sit faciendum: ac si qua in re dubium incidat, ad R.P. Generalem referri oportebit.

Decr. 46. Triduana recollectio.

8 Ante votorum renouationem vacatio per triduum instituatur. ea huiusmodi erit, vt cessent ab omnibus occupationibus qui ea renouaturi sunt, etiam literarijs, præterquam à consuetis lectionibus, vbi ea habentur, exercebunt autem se eo tempore in rebus spiritualibus iuxta instructionem, quam vt confici curet, Congregatio Reuerendo P.Generali commendat.

Decr. 46. Quotannis exercitia singuli obibunt.

9 Nostri omnes quotannis continenti octo vel decem dierum spatio spiritualibus exercitijs vacent. Porro illorũ vsus summopere Nostris a Congregatione cõmendatur, præcipuè verò Superioribus: qui non modò cæteros suo exemplo præibunt, sed omnibus superatis difficultatibus, tempus singulis commodum attribuent, quo cum fructu peragantur.

Decr. 48. Declara-

10 Cùm obseruatio Regularum 9. & 10. Summarij, ex cap. 4. Exam. §. 8. desumptarum

ſumptarum, ad diſciplinam religioſam conſeruandam maximè conducat, Congregatio hæc circa illas declarat. tio Reg. Sum. 9. & 10.

§ 1 Licitum eſſe omnibus noſtris manifeſtare Superiori, vt Patri, quodcunque delictum alterius, ſiue leue, ſiue graue, & hunc eſſe ſenſum regulæ; cùm ex illis verbis cap. 4. Exam. conſtet, Noſtros cedere cuicunque iuri famæ, quòd huic manifeſtationi obſtare poſſet, & facultatem facere omnibus deferendi ad Superiores quæcunq; de illis notata fuerint. Licet manifeſtare Superiori vt patri quodcũque delictum.

§ 2 Verba autem illa Regulæ (*Per quēuis, qui extra confeſſionem ea acceperit*) intelligi de illis, quæ ab aliquo alio notata, & obſeruata fuerint: non autem de ijs, quæ ipſimet ſecretò, & conſilij petendi gratia, vt dirigantur, vel iuuentur alteri communicauerint. Quomodo defectus manifeſtandi.

§ 3 Nec opus eſſe Noſtros expectare, vt rogentur à Superioribus, vt ea manifeſtent, cum verba illa (*præſertim vbi à Superiore fuerit ita præſcriptum*) ſatis declarent, debere eos eſſe paratos ad hanc manifeſtationem, non expectato Superioris præſcripto. Quando Superiori aperiendi.

§ 4 In delictis verò, quæ vergunt in detrimentum boni communis, aut damnum imminens tertiæ perſonæ; qualia ſunt infectiua aliorum, & nociua bono Religionis; Ad quæ aperiéda teneantur.

nis ; vt sunt lapsus carnis cum complice, seminatio discordiarum inter fratres, furtum ; impugnatio, vel machinatio contra Institutum, vel Superiores, præsertim Generalem ; detrahendi, vel susurrandi consuetudo, & similia ; non solùm posse, sed etiam teneri quemque ea manifestare Superiori, vt patri, vt prouideat secreto & prudenter tam bono Subditi, quam Religionis.

Quando opus erit iudiciali denunciatione.

§ 5 Quando autem prudenter iudicaretur, non posse adhiberi sufficiens remedium, quo prouideatur bono communi, vel tertiæ personæ, nisi assumatur in ea re officium Iudicis ; tunc tenebitur Subditus ad denunciationem iudicialem Superiori faciendam. Quomodo autem ea in re se gerere debeat Superior, dicetur in Instructione.

Decr. 49. **Nouitijs declarentur.**

11 Hæc quæ sancita sunt a Congregatione circa Regulam nonam & decimam Summarij, Nouitijs ostendantur, ijsdemque declarentur, iuxta Regulam decimã quintam Magistri Nouitiorum, inter alia quæ ipsis paulatim explicantur.

F I N I S.